4173

Præfatio Johannis Philippi de lignamine Meſſanẽſis. familiaris. S. D. N. Sixti. iiii.

LICET michi in alieno opore exordiri atq; præfari: voſque omẽs ingenui adoleſcentes: quibus grãmatices exquiſitiſſime cura eſt: tanquam de ſpecula conuocare/et imitare. ut iam Priſciani/Serui et donati moleſta prolixitate relicta/ad præclariſſimum opus et nouellum Nicolai Perotti Archiepiſcopi Sypontini deguſtandum pariter contendaris. in eo enim omnis ſuauitas/atq; iocunditas. Siquidem ut placet Quintiliano ætiam ſenibus iocunda eſt grammaticæ: hic omnis vtilitas/omnis claritas: Breuitas uero tanta quanta debuit ſuperflua tollere et reſecare: neceſſaria uero cõmoda nou omittere. Hic breui poteritis ad ſummum grãmatices euadere/nec multis ambagibus aut uanis erroribus: quibus Soncini et aliorum ſimilium canoniſmata referta ſunt et plena: ingenia ueſtra uel obtundere uel deprauare. Vir enim doctiſſimus et eloquentiſſimus apes imitatus ex hortis et locis optimis decerpſit quæ operi ſuo eſſent accõmodatiſſima et ad formandũ grãmaticum congruentiſſima: Sypontino igit̃ gratias ſemp agite immortales: qui ut ingeniis prodeſſet tantum elaborauit.

NICOLAI PEROTTI AD PIRRHUM PEROTTUM NEPOTEM EX FRATRE SUAVISSIMUM RUDIMENTA GRAMMATICES.

INCIPIUNT.

A litteras A. b. c. d. e. f. g. h. i. k. l. m. n. o. p. q. r. ſ. t. u. x. y. z. ꝯ. ꝝ.

Da ſalutationē beate Virginis. Aue Maria gratia plena dominus tecum: benedicta tu in mulieribus et benedictus fructus ventris tui Jeſus: Sancta Maria mater dei ora pro nobis peccatoribus: Amen.

Da orationem dominicam. Pater noſter: qui es in celis ſanctificetur nomen tuum: adueníat regnū tuum: fiat voluntas tua: ſicut icelo: et in terra. Panem noſtꝝ quotidianum da nobis hodie et dimitte nobis debita noſtra: ſicut et nos dimittimus debitoribus noſtris: et ne nos inducas in temptatiouem ſed libera nos a malo. Amen.

Da ſymbolum. Credo in deum: patrem omnipotentem: creatorem celi et terre: et in Jeſum Chriſtum filium eius vnicū dominū noſtꝝ: qui conceptus eſt de ſpiritu ſancto natus ex Maria virgine paſſus ſub pontio Pilato: crucifixus: mortuus et ſepultus: deſcendit ad inferos. tertia die reſurrexit a mortuis: aſcendit ad celos ſedet ad dexteram dei patris omnipotētis: inde venturus ē iudicare viuos et mortuos. Credo in ſpiritū ſanctum: et ſanctam catholicam eccleſiam: ſanctoꝝ cōmunionem: remiſſionē peccatoꝝ carnis reſurrectionem: uitam eternam. Amen.

Quare optima a principio docenda ſunt? Quia tenatius hærent: quæ nudis animis ꝑcipiuntur: ut ſapor: quo noua imbuunt᷑: maxime durat.

Quare pertinatius hærēt: quæ deteriora ſunt? quia bona facile mutant᷑ in peius: nunq̄ in bonum uitia uertuntur.

a. i.

INSTITUT D'ESTUDIS CATALANS BIBLIOTECA

Cur paulatĩ inſtruẽdi ſunt pueri : q̄ ſicut uaſcula auguſti
oris. ſupfuſam liquoris copiã . ſic animi pueroꝝ . que nimia
ſunt reſpuũt. ſenſim autẽ inſtillantibus complent᷑ .
Quomõ utendũ ẽ remiſſionibus : Ita ut nec odiũ ſtudio
rum faciãt negate : nec ocii cõſuetudinem nimie .
Quod eſt primũ ingenii ſignum in pueris : Memoria .
Quot ſecundum : Imitatio .
Quotuplex eſt uirtus memoriæ : Duplex . quæ facile per
cipere . et fideliter cõtinere .
Cur in arte grãmatices prius inſtruẽdi ſunt pueri : quia
hæc eſt iniciũ et fundamentũ omniũ diſciplinaꝝ : nec poteſt
ad ullius rei ſummã niſi p̄cedentibus initiis pueniri .
Quid eſt grammatice : Eſt ars recte loquẽdi : recteq; ſcri
bendi. ſcriptoꝝ et poetarum lectionibus obſeruata .
Unde dicitur grãmatice : A ποτων γραμματον hoc
eſt a litteris. latine enim litteraria dicit᷑ . q̄ ex litteris
ſyllabe fiant . ex ſyllabis dictiones . ex dictionibus oratio
ex quibus diſciplina grãmatices cõſtituitur .
Quot ſunt partes gramatices : quattuor . quæ : Littera :
Syllaba Dictio . et Oratio . Littera ut . p . Syllaba ut pyr
Dictio ut pyrrhus . Oratio ut pyrrhus incũbit uirtuti .
Quid eſt littera : Eſt minima pars uocis cõpoſitæ .
Quid eſt uox : Eſt aer ictus : auribus accidens .
Unde dicitur vox : A ποτου βοαω quod eſt uoco .
Quotuplex eſt uox : quadruplex . articulata : quæ ab ali
quo ſenſu mẽtis ꝓficiſcit᷑ . inarticulata . quæ a nullo ſenſu
mẽtis ꝓficiſcit᷑ . Litterata quæ ſcribi poteſt . illitterata q̃
ſcribi non poteſt . articulataꝝ autem quedam poſſunt ſcribi
ut pyrrhus . quædam non poſſũt ſcribi : ut ſybyli et gemi
tus hoĩnũ . inarticulataꝝ ætiam quædã ſcribi poſſũt : et lit
teratæ ſũt ut coax : et cra : quædam ſunt illitteratæ et
ſcribi nõ poſſũt ut ſtrepitus : mugitus : et ſimilia .

Vnde dicta eſt littera: Littera dicta eſt quaſi legitera ꝙ
legentibus iter p̄beat: uel a litturis: qꝛ ueteres ī ceratis ta
bulis ſcribebant. Litteræ quot accidūt: Tria. Nomen
Figura. et poteſtas.

Quid ītereſt īter litteras et elamēta: Elemēta dicunt̄ ipſe
ꝓnuntiatōes. Litteræ uero ſunt ſigna elementoꝝ: abuſiue
tamē et litteræ ꝓ elemētis: et elamenta ꝓ litteris ponunt̄.

Quot ſunt litteræ ſiue figuræ elementoꝝ: Viginti duæ
A. b. c. d. e. f. g. i. k. l. m. n. o. p. q. r. ſ. t. u. x. y. z.

Quot ſunt vocales: Sex. quinqꝫ latine. a. e. i. o. u. et vna
græca. y. pſilon.

Conſonantes quot ſunt: Sexdecim. b. c. d. f. g. k. l. m. n.
p. q. r. ſ. t. x. z.

Ex cōſonātibꝰ quot ſūt mutæ: Nouē. b. c. d. f. g. k. p. q. t.

Quare dicūtur mutæ: quia incipiunt a ſe ipſis et deſinūt
in uocales.

Quot ſunt ſemiuocales: Septem. l. m. n. r. ſ. x. z.

Quare dicuntur ſemiuocales: quia omnes fere a uocalibꝰ
incipientes et in ſe deſinentes ſimilem fere uocalibus ſonum
habent.

Quot ſunt liquidæ: quattuoꝛ. l. m. n. r.

Quare dicuntur liquidæ: quia poſt mutas poſitæ ī eadem
ſyllaba faciūt precedentem ſyllabā breuem eſſe communem

Quot ſunt duplæ: Duæ. x. et. z.

Quare dicuntur duplæ: quia ponunt̄ pro duabus litteris
x. enim ponit̄ pro. c. et ſ: z. uero ponitur ꝓ duplici. ſſ.
ut greciſſo grecizo. I. ætiam et. u. ſi ī principio dictionis
ponant̄ ſequente uocali conſonantes fiunt. ut iuno. et
venus. Si fero in medio dictionis ponant̄: non cōpoſitæ
īter duas uocales dupliciū vim habēt ut maia. et audiui

H. quare non ponit̄ inter litteras: quia non eſt littera
ſed aſpirationis nota.

Quot ſunt vocales præpoſitiuæ: Tres. a. e. o.
Quot ſunt ſubiunctiuæ: Duæ. e. u.
Quare dicũt̃ ſubiunctiuæ: quia ſubiunctæ præpoſitiuis diphthongos faciunt.
Quot ſunt diphthongi: quinq;. æ. oe. au. eu. et. ei.
Quot ſunt diphthongi que ſcribunt̃: et non proferuntur: Tres. æ. oe. et. ei.
Quot ſũt diphthõgi q̃ ſcribũt̃ et ꝓferunt̃: duæ. au. et. eu
Diphthongi ſunt longæ uel breues: Semper ſunt longæ: niſi interdum ſequente uocali: ut apud virgilium. Stipitibus duris agit̃: ſudibuſue praeuſtis.

DE SYLLABA.

Quid eſt ſyllaba: Eſt compꝛ̃henſio litteraꝝ: quæ ſub vno accentu et uno ſpiritu ꝓfert̃. Vnde dicit̃ ſyllaba: Απο του συλλαμβανειν quod eſt comprehendere: licet abuſiue ſingulaꝝ uocaliũ ſonos ſyllabas noīam⁹
Syllabæ quot accidunt: Quattuoꝛ. Tenor. Spiritus. Tempus. et Numerus.
Quot ſunt tenores ſyllabarum: Tres. acutus. grauis. et circunflexus.
Quot ſunt ſpiritus ſyllabarum: Duo. aſper. et. leuis.
Quot ſunt tẽpora ſyllabaꝝ: Tria. breue. longũ. et mediũ quibus oīs ſyllaba: uel breuis uel longa uel cõmunis efficit̃
Numerus quomodo accidit ſyllabæ: Quia aut vnius littere eſt ſyllaba: ut a aut duarum: ut ab. aut trium: ut arx. aut quattuoꝛ: ut mars. aut quinq;: ut ſtans. aut ſex: ut ſtirps: maioris autem numeri q̃ꝫ ſex litterarum nulla apud latinos ſyllaba inuenitur.

DE DICTIONE.

Dictio quid eſt: Eſt minima ꝑs orationis cõſtructæ

Quæ differẽtia eſt inter ſyllabam: et dictionem: Syllaba eſt pars dictionis: et nichil per ſe ſignificat. Dictio autẽ per ſe ſignificat.
Dictio ũde dicit᷑: A dicẽdo. ꝙ dicat aliqđ. hoc ẽ ſignificet
Quot ſyllabarũ eſt maxima dictio apud latinos: Tredecim: ut Dioclitianopolitaniſſimorum.

DE ORATIONE.

Quid eſt oratio: Eſt ordinatio dictionũ cõgruam ſententiam perfectamq; demouſtrans.
Partes orationis quot ſũt: Octo. nomẽ. verbũ. ꝑticipiũ ꝓnomen. ꝑpoſitio. aduerbiũ. interiectio. et coniunctio.
Quot ſunt partes orationis declinabiles: Quattuor. Nomen. verbum. participium. et ꝓnomen.
Quot ſunt partes orationis indeclinabiles: quattuor præpoſitio. aduerbium. interiectio. et coniunctio.

DE NOMINE.

Quid eſt nomen: Eſt pars orationis cũ caſu corpus aut rem ꝓprie cõmuniterue ſignificans.
Unde dicitur nomen: Nomen dicitur quaſi notamen. ꝙ hoc notemus uniuſcuiuſq; ſubſtantiæ qualitatẽ. uel a greco quod eſt ONONα.
Quot accidunt nomini: quinq;. Species. genus. numer⁹ figura. et caſus.
Quotuplex eſt nomẽ: Duplex. Subſtantiuũ. et adiectiuũ
Qđ eſt nomẽ ſubſtantiuũ: Eſt illud cui præponit᷑ unum articulare tantũ: ut hic liber: uel duo ad ſummum ut hic et hæc homo.
Quotuplex eſt nomen ſubſtantiuum: Duplex proprium et appellatiuum.
Quod eſt nomen proprium: quod uni ſoli conuenit: ut Pyrrhus et Penelope.
Qđ eſt appellatiuũ: qđ eſt cõmune multoꝝ ut homo. leo.

Quod eſt nomen adiectiuum: quod uariat᷑ per tres diuer
ſas uoces. ut probus. proba. probum. uel per tres articulos:
ut hic et hæc et hoc foelix.
Quot ſunt ſpecies noīm tā ꝓprioꝝ ꝗ̃ appellatiuoꝝ: duæ
primatiua ut iulus: mōs. Deriuatiua: ut iulius: mōtanus.
Quot ſūt ſpecies ꝓpriorum nominū: quattuor. prænomen
quod ꝑponitur differentiæ cauſa: ut Cnēus. nomen: quod
eſt cuiuſqȝ propriū: ut paulus. cognomen: quod eſt cogna
tionis cōmune. ut Scipio. agnomē: quod ab aliquo euētu
imponitur. ut africanus.
Quot ſunt ſpecies tā primitiuoꝝ ꝗ̃ deriuatiuoꝝ noīm com
munes: uigintiquīqȝ. Corporale. īcorporale. omonymum
ſynonimū. ꝓpriū. appellatiuū. ſubſtātiuū. adiectiuū. ad ali
qd̄ dictū. q̄ſi ad aliqd̄ dictū. Gētile. patriū. interrogatiuum
infinitū. relatiuū. collectiuū. diuiduū. fictitium. generale.
ſpeciale. ordinale. numerale. abſolutū. temporale. locale.
Qd̄ eſt nomen corporale: qd̄ corpus ſignificat. ut homo.
Qd̄ īcorporale: quod non ſignificat corpus. ut virtus.
Omanyma quæ ſunt: quæ uoce non ſignificatōe cōueniunt
ut nepos. filius filii: uel luxurioſus.
Quæ ſūt ſynonima: que nō uoce ſed ſignificatione cōueni
unt ut enſis: gladius: mucro.
Quod eſt ad aliquid: quod ſine intellectu eius ad qd̄ dici
tur ꝓferri non poteſt: ut filius: pater.
Quaſi ad aliquid quod eſt: quod ꝗ̃uis habeat aliquod cō
trarium: et quaſi ſemꝑ adherēs: tamen neqȝ ip̄o noīe ſigni
ficat etiam illud: nec ſecum interimit. ut nox: dies.
Gentile quod eſt: Quod gentem ſignificat: ut Græcus
Latinus.
Patrium quod eſt: quod a patria ſumit᷑: ut Romanus.
Quod eſt interrogatiuum: quod cum interrogatione ꝓfer
tur: ut quis: qualis: quantus: quot.

Infinitum quod eſt: quod eſt interrogatiuo contrariū . ut
quis: q̄lis: quantus: cū graui accētu ꝓferunt̄ .
Relatiuū quod eſt: quod refert antecedens: ut qui: quæ:
quod: et talis: tantus .
Collectiuum quod eſt: quod in ſingulari numero multitu
dinem ſignificat: ut populus .
Diuiduū quod eſt: quod a duobus: uel a pluribus ad ſin
gulos habet relationem: uel ad plures in numeros pares di
ſtributos: ut uterq;: alter: quiſq;: ſinguli .
Fictitium quod eſt: quod a proprietate ſonoꝝ factum eſt:
ut turtur: grus: taratantara .
Quod eſt generale: quod in diuerſas ſpecies poteſt diuidi
ut animal: arbor .
Quod eſt ſpeciale: qđ a genere diuidit̄: ut homo: laurus .
Qđ eſt ordinale: quod ordinē ſignificat: ut prim⁹: ſecūdus
Qđ eſt numerale: quod numeꝝ ſignificat . ut vnus: duo .
Quod eſt abſolutum: quod ꝑ ſe intelligit̄ . ut deus . ens .
Qđ eſt tēporale: quod tēpus ſignificat . ut menſis: annus
Qđ eſt locale: qđ locū ſiguificat . ut ꝓpinqu⁹: longinquus
Quot ſūt deriuatiuoꝝ noīm ſpecies ꝓprie: Nouē . patro
nimicū . poſſeſſiuū: cōparatiuū: ſuperlatiuū: diminutiuum
denominatiuū: verbale: ꝑticipiale: ad uerbiale .
Qđ ē nomē Patronimicū: qđ a noībus ꝓpriis patrū de
riuat̄: ſecundū formā græcam et ſignificat cū genitiuo pri
mitiui filium uel nepotem: ut eacides filius uel nepos eaci .
Quod eſt nomen poſſeſſiuum: quod cum genitiuo primiti
ui ſignificat aliquid eorū quæ poſſidentur: ut euandrius
enſis ideſt enſis euandri .
Comparatiuū quod eſt: quod ſignificat magis cū poſiti
uo ut fortior ideſt magis fortis .
Quæ nomina comparantur: Appellatiua dumtaxat: qua
litatem: aut quantitatem ſignificantia: qualitatē ut bonus

malus. quantitatē ut magnus paruus.
Comparatiuū cui caſui ſeruit: Ablatiuo utriuſq; numeri
ſine ꝓpoſitōe. dicimus. n. doctior illo. uel doctior illis.
Superlatiuū qđ eſt: quod ꝑ ſe prolatū ītellectū habet: cū
ualde aduerbio poſitiui: uel ad plures ſui generis cōparatū
ſupponitᷣ oībus: ut Aeneas piiſſimus ideſt ualde pius. op
timus Teucrorꝫ ideſt bonus ſuꝑ omnes Teucros.
Superlatiuū cui caſui ſeruit: Genitiuo tantū plurali. dici
mus enim doctiſſimus poetarum.
Diminutiuū quod ē: quod diminutionem ſui deriuatiui ab
ſolute demōſtrat: ut regulus ideſt paruus rex.
Quot cauſis proferūtᷣ diminutiua: Trib᷒ neceſſariæ ſig
nificationis: urbanitatis: et adulationis gratia: ut tantill᷒
ingeniolum: corculum.
Denominatiua quæ ſūt: quæ a nomine deriuantᷣ ut a ſaxo
ſaxoſus.
Verbalia quæ ſūt: q̄ a uerbo deriuantᷣ ut: a domo domitor
Participialia quæ ſunt: quæ a ꝑticipiis deriuantᷣ. ut aman
dus et reuerēdus: hoc eſt dignus amari: et othersereri.
Aduerbialia quæ ſunt: quæ ab aduerbiis deriuātᷣ: ut ho
diernus. craſtinus.

DE GENERIBUS NOMINUM.

Quot ſunt genera nominū: Septē. Maſculinū. fæ
mininū. neutꝝ. cōmune: omne: promiſcum: et incer
tū Maſculinum cui præponitᷣ unum articulare ꝓnomen
hic. ut hic Pyrrhus. Fæmininum cui præponitur unum
articulare pronomē hæc. ut hæc penelope. Neutrum cui
preponitur unum articulare pronomē hoc. ut hoc animal
Commune cui duo articularia pronomina hic et hæc præ
ponuntur ut hic et hæc homo. Omne cui tria articularia
pronomina præponuntur. ut hic et hec et hoc foelix.
Promiſcum quod et epicoenum dicitur. quod ſub una

voce: et uno articulo denotat animalia vtriuſque ſex⁹: ut hic paſſer: hæc aquila. Incertũ quod nulla ratõe cogente ſola auctoritas veterum ſub diuerſo genere protulit. ut ut hic uel hæc ſilex: finis: talpa: cortex: grus: damma: dies margo: bubo: panthera: clunis: ſerpens: linx: aluus: adeps: vel adipes.

PRIMA REGVLA.

Pyrrh⁹ cu⁹ generis: Maſculini. q̃re ꝙ oĩa nomĩa ꝓpria viroꝝ cuiuſcũqꝫ ſint terminatõis maſculini ſunt generis.

SECVNDA REGVLA.

Penelope cuius generis: Feminini. quia omnia nomina mulierum cuiuſcũqꝫ ſint terminationis: feminini generis ſunt: ut Penelope: Glycerium.

TERCIA REGVLA.

Pirus cuius generis: Feminini. ꝙ omnia nomina arboꝝ feminini ſunt generis. fructuũ vero et lignoꝝ: ut plurimũ neutri. Excipit᷑ hic oleaſter et hec ficus ꝓ fructu. nã hoc ſiler. hic rub⁹: et hic dumus nõ numerant᷑ īter arbores.

QVARTA REGVLA.

Aprilis cuius generis: Maſculini. ꝙ oĩa nomina mẽſium ſunt maſculini generis.

QVINTA REGVLA.

Decem cuius generis: Omnis. quia oĩa nomina numeralia a quattuor vſqꝫ ad centum oĩs ſunt generis: et indeclinabilia: cætera uero et declinant᷑: et diſcreta ſunt: preter mille: quod trium geneꝝ et indeclinabile eſt.

SEXTA REGVLA.

Metaurus cuius generis: Maſculini. quia oĩa nomĩa fluuiorum ſunt maſculini generis.

SEPTIMA REGVLA.

Conuiua cuius generis: Communis. quia omnia nomina cuiuſcunque terminationis: ſi ex ipſa ſignificatione rer

rerum ad mares uel foeminas ſolum ꝑtinent: maſculini uel
foeminini ſũt generis. Sin vtriuſqꝫ ſexus eẽ poſſunt: niſi
diuerſas habeãt voces cõmunia ſunt. Si ĩ ſignificatõe neu
tris ætiã coniũgi poſſunt: oĩs ſũt generis. ut hic vir: hæc
mulier: hic et hæc patricida: hic et hæc et hoc hoſpes.

OCTAVA REGVLA.

Bonus cuius generis: Maſculini. quia eſt prima uox ad
iectiui. Bona fæminini: quia ẽ ſecũda uox adiectiui. Bo
num: neutri. quia eſt tertia vox adiectiui.

NONA REGVLA.

Muſa cuius generis: Fæminini. ꝙ oĩa nomina latina quę
in nominatiuo ſingulari deſinũt ĩ. a. fæmĩna ſunt ut aqua
cera: pluralia uero quæ deſinũt ĩ. a. neutra ſũt. ut arma

DECIMA REGVLA.

Græca nomina cuius generis: Græca quæ in. as. uel in
is. longam deſinunt: et ſimiliter in. a. apud eos deſinen
tia neutra: et quæcunqꝫ terminationem ſuam ſeruant: ge
nus ſuũ apud nos ſeruãt: ut hic Poreas: crater: titan. So
ſia: Poeta: Scema: et reliqua.

VNDECIMA REGVLA.

Cubile cuius generis: Neutri. quia omnia nomina quæ
in nominatiuo ſingulari in. e. correptã uel in. i. deſinũt:
neutra ſunt ut monile. gumi. Excipiuntur a geitiuis cõ
poſita oĩs generis: ut eiuſmodi. Nam nihili: frugi: man
cipi. obliqui ſunt caſus cum omnibus caſibus et generibus
figuratæ adiuncti.

DVODECIMA REGVLA.

Sermo cuius generis: Maſculini. ꝙ oĩa noĩa quæ in nomi
natiuo ſingulari ĩ o. deſinũt: niſi ſint verbalia antecedẽte
i. et niſi ĩ. do. uel ĩ. go. exeãt. o. ĩ. i. mutãtia ĩ gtõ quæ fæmi
nini ſũt generis. p̄ter hic ordo: cardo: et cupido: ꝓdeo: ut
hæc actio: oratio: dulcedo: origo: maſculina ſunt. p̄ter caro

carnis quod eſt fæmininũ. Margo tã maſculini q̃ fæminini generis inuenit᷑. Virgo cõmunis ætiam generis inuenitur.

DECIMA TERCIA REGULA:

Cornu cuius generis: Neutri. quia omnia nomina in .u. uel i. c .uel in. d. uel in .l .uel in .m. uel in. t. in nominatiuo ſingulari deſinẽtia: neutra ſũt ut genu. lac. aliquid. ceruical. caput. templum. excipit᷑ hic ſal: quod tamen apud ueteres neutrũ inuenit᷑: hic pugil: hic ſol: hic et hæc præſul exul: uigil: hic et hec et hoc nequã.

DECIMAQUARTA REGULA.

Numẽ cuius generis: Neutri. qꝛ oĩa nomĩa i. n. deſinẽtia ſi producũt ultimã aut ſi a canẽdo cõponũt᷑ maſculina ſunt Sin corripiũt niſi a canẽdo cõpoſita: neutra ſũt: ut hic lien ren: ſplen: hoc ſolamen: ſemẽ: flamẽ: hic tubicen: cornicen fidicen. excipitur hic pecten: hic flamẽ: pro ſacerdote. græca uero i. n. genus ſuum ſeruãt ut hæc Titan. hic ſyren. hic delphin. hæc heleuſin.

DECIMAQUINTA REGULA.

Laquear cuius generis: Neutri. quia omnia nomina deſinẽtia i. ar. neutra ſũt: ut iſtar: lacunar. excipit᷑ hic boſtar hic lar: hic et hec et hoc par et ſua compoſita.

DECIMASEXTA REGULA.

Cancer cuius generis: Maſculini. Quia oĩa nomina in r. deſinẽtia maſculina ſunt: p̄ter nomĩa tertiæ declinatõis b uel. u. loco cõſonãtis ante .er. habẽtia. uel tertiæ foetus ſignificãtia: ut hic puer: ager: auſter: hoc tuber: ſuber: cadauer: hoc ſiler: papauer: cicer. Excipit᷑ hic imber et ab eo compoſita ſeptember mulciber: hoc iter. Spinter: cancer pro morbo: Degener: pauper: uber: communis uel poti⁹ omnis ſunt generis.

DECIMASEPTIMA REGULA.

Vir cuius generis: Maſculini. Quia in. ir. deſinẽtia

nomina maſculina ſunt. ut hic leuir: treuir: abadir. Exci piunt̃ hoc gaudir: et hoc ir.

DECIMAOCTAVA REGULA.

Honor cuius generis: Maſculini. quia omnia nomina in. or. deſinẽtia maſculina ſunt. ut labor: lector: pͥter cõ paratiua quæ cõmunis ſunt generis. Excipiunt̃ hic ſeni or: hæc arbor: hoc marmor: equor: ador: cor. et hic et hec memor: imemor. et a dedecore: corpore: uel colore compo ſita. quæ cõmunia ſunt. ut dedecor: bicorpor: diſcolor: Auctor etiã eſt cõmunis generis: niſi cum eum ſignificat qui auget: tũc. n. autrix facit fæmininum.

DECIMANONA REGULA.

Robur cuius generis: Neutri. quia in. ur. deſinẽtia nomi na neutra ſunt. ut iecur: guttur: pͥter uomina deorum: vel gentilia uel appellatiua auiũ. x. uel. t. ante. ur. haben cia quæ maſculina ſunt. ut auxur: auſtur: turtur: furfur. verbalia uero quæ hominibus imponunt̃ ſi ſunt tertiæ de clinationis cõmunia ſũt: ut augur: fur: trifur: quibꝰ addit̃ ligur. Sin ſecundæ: maſculina: ut ſatur.

VICESIMA REGULA.

Ciuitas cuius generis: Fæmĩni. quia in. as. deſinẽtia no mina fæminina ſunt. ut pietas: præter patria et gẽtilia: q̃ cõmunia ſunt: ut Arpinas: Capenas: Archas. Excipiũt hic mas maris: uas uadis: as aſſis: hoc uas uaſis: fas: nefas et nugas omĩs generis indeclinabile.

VICESIMAPRIMA REGULA.

Turges cuius generis: Maſculini. quia ĩ. es. correptã de ſinẽtia: quæ nullam ſignificationẽ neutralem cõmunionez habent cum fæmĩnis: maſculina ſunt: ut trames: limes. Excipiunt̃ duo in. ges. hæc ſeges: et teges. cõpes cõpedis Item inquies quod omnis generis inuenit̃.

VICESIMASECUNDA REGULA.

Clades cuius generis: Fæminini. q: in . es. ꝓductam deſinentis: femina ſũt: ut labes. Excipit̃ hic uerres: ꝓ porco et dies qđ in ſingulari incerti generis eſt . ĩ plurali maſculini ſemꝑ ſicut ab eo compoſitũ meridies: et hic pes pedis.

VICESIMATERTIA REGVLA.

Claſſis cuius generis: Feminini. q: in . is . deſinẽtia nomina feminina ſunt. Excipiunt̃ habẽtia . n . uel duas cõſonãtes in eadẽ ſyllaba: uel duplicẽ cõſonantem ante . is . et que penultimã ſyllabã vna ex liquidis terminãt: uel una ſyllaba creſcũt ĩ gtõ que maſculina ſunt. Excipit̃ hic caulis: hec bipẽnĩs: hec febris: peſtis: neptis: ueſtis: ualli: turris: peluis: pellis cuſpis: caſſis: lis. Molaris cũ adiectiuũ ẽ cõmunis ẽ generis cum ad dentem uel lapidem refert̃ mas eſt. Rudis cũ virgã ſignificat qua gladiatores donabantur feminimum eſt. Finis et clunis incerti ſunt generis.

VICESIMAQVARTA REGVLA.

Flos cuius generis: Maſculini. quia ĩ . os . deſinẽtia maſculina ſũt p̃ter cos: glos: dos: femĩna et cuſtos: ſacerdos: bos cõpos: impos: cõmunia et os oris: et os oſſis neutra.

VICESIMAQVINTA REGVLA.

Ventus cuius generis: Maſculini. quia in . us . correptã deſinẽtia ſecũde et quarte declinatiouis maſculina ſũt ut ãnus. ſexus. excipiunt̃ hec cryſtallus: coſtus: phaſelus: artus. Item hec acus hum⁹: aluus: p̃terea hec domus: col⁹: Itẽ anus nurus: ſocrus: et manus: tribus: porticus idus tantum plurale. hoc pelagus: hoc acus: aceris purgamẽtum frumẽti vulgus tam maſculinũ q̃ neutꝛ ĩuenit̃ hoc etiam virtus: et pus: indeclinabilia. Specus uero: et penus tam maſculini q̃ feminini et neutri generis eſſe inueniunt̃.

VICESIMASEXTA REGVLA.

Munus cuius generis: Neutri. Quia in . us . correptã deſinentia tertiæ declinationis neutra ſunt. Excipitur

hic læpus : hæc uenus : hic et hæc ligus : hic et hæc et hoc vetus : hec pecus pecudis : nam hoc pecus pecoris facit.

VICESIMASEPTIMA REGVLA.

Rus cuius generis : Neutri. quia in. us. productam deſinentia monoſyllaba neutra ſunt : ſupra ſyllabam uero feminina ut crus : thus : iuuentus : ſenectus : incus. Excipiť hic mus : hic et hec ſus : grus.

VICESIMAOCTAVA REGVLA.

In. aus. deſinentia fæminina ſunt : ut laus : fraus.

VICESIMANONA REGVLA.

In. æs. diphthongum vnum mas : præs praedis : et vnum neutrum inuenitur : aes aeris.

TREDECIMA REGVLA.

In. t. deſinentia neutra ſunt : ut caput : occiput.

TREDECIMAPRIMA REGVLA.

Pax cuius generis : Feminini. quia in. x. deſinentia nomina feminina ſūt : ut fornax : nex : nix : niſi. e. ante. x. habeant ſupra ſyllabā nec ſunt foetus terre. tūc. n. maſculina ſūt : ut ueruex : uertex : exlex : pulex : culex : apex : cimex Excipiūť hec pellex : obex ſupellex uibex p̄terea hic rex : grex calix : uarix fornix : frutex : natrix : anguis genꝰ. hic uel hec cortex : ſilex. Sciendū quod verbalia in. trix : quāuis ſint feminina : in obliquis tamē caſibꝰ et in plurali neutris etiā iūgunť : ut uictritia tollite ſigna : et victrici ſigno.

TREDECIMASECVNDA REGVLA.

Ars cuius generis : Feminini. ꝙ ĩduas deſinētia cōſonātes monoſyllaba feminina : ſupra ſyllabā vero maſculina ſunt : ut gens : fors : ſcorbs : ſors : obs : frons : mors : mēs : puls : trabs : lens urbs : ſtirbs : hic māceps : auceps : dodrās : triens : quadrans ādeps : forceps. excipiunť hic mōs : fons : mars : pons : dens et hec cohors : hyems. Quid in his agendum : in quibus ueteres genera confuderunt : Frequētiori auctorum uſui adherendum eſt.

DE NVMERO ;

Vid eſt numerus: Eſt dictionis forma: quæ diſcre
tionem quãtitatis facere poteſt.
Quot ſunt numeri nominũ: Duo Singularis ut homo.
Pluralis ut homines.

DE FIGVRA.

Vot ſunt figuræ nominũ: Tres. Simplex. Compo
ſita. et decompoſita. Simplex ut animus. Cõpo
ſita ut magnanimus. Decõpoſita ut magnanimitas.
Quot modis nomĩa componunt᷑: quattuor. ex duobus in
tegris. ut ſuburban᷒. ex duobus corruptis: ut efficax mu
niceps. ex ĩtegro et corrupto. ut ineptus ĩſulſus. ex cor
rupto et integro ut nugigerulus. aliquando ex cõpluribus
ut inexpugnabilis imperterritus.

DE CASV.

Vid eſt caſus: Eſt motus caſualiũ dictionum qui
maxime fit in fine.
Quot ſunt caſus nominum: Sex. Nominatiuus. Geniti
uus. Datiuus. Accuſatiuus. vocatiuus. et Ablatiuus
vnde dicitur caſus: a cadendo: ꝙ quaſi a recto cadere ui
deantur: vnde rectus improprie dicitur caſus.
Quot ſunt litteræ terminales nominum: quibus latini
vtunt᷑: Quattuordecim. vocales quinq̃. a. e. i. o. u.
Semiuocales: ſex. l. m. n. r. ſ. x. mute tres. c. d. t.
Quot ſunt declinationes nominum: Quinq̃ prima cu
ius genitiuus ſigularis in. æ. diphthongon: uel ſi græca
ſint nomĩa: ĩ. es. longã deſinit. ut muſa muſæ: et rethorice
rhetorices. Secũda cuius genitiuus ſigularis ĩ. i. ꝓductã
deſinit: ut herus heri. Tertia cuius gẽtiu᷒ ſigularis ĩ. is
correptã deſinit. ut pater patris. Quarta cuius gẽitiuus
ſigularis ĩ. us. uel ĩ. u. ꝓductã deſiuit; ut uiſus uiſus; et

cornu cornu. Quinta cuius genitiuus ſingularis in. ei. diuiſas ſyllabas deſinit: ut dies diei.

DE PRIMA DECLINATIONE.

Prima declinatio per quot genera declinatᷣ: Tria. Maſculinum. Foemininum. et Cōmune.

PRIMA REGVLA.

Nominatiuus primæ declinationis quot termiuationes habet: Quattuor. a. e. as. es. et unam hebreā. am. ut poeta. rethorice. æneas. anchiſes. abraham.

SECVNDA REGVLA.

Genitiuus et Datiuus ſingularis: et Nominatiuus: et uocatiuus: pluralis ī. æ. diphthongū deſinūt ſemꝑ. exceptis genitiuis ſingularibꝰ eoꝝ: quæ terminant in. e. longū: qui genitiui terminant in. es. ut rhetorice rhetorices.

TERTIA REGVLA.

Accuſatiuus ſingularis in. am. uel in. an. uel in. en. terminatur: ut poetam. anchiſen.

QVARTA REGVLA.

Vocatiuus ſingularis in. a. facit uel in. e. quādo uenit ab es. uel ab. e. uel in. am. quando uenit ab. am. ut o ænea anchiſe. rethorice. abraham.

QVINTA REGVLA.

Ablatiuus ſingularis ī. a. deſinit uel in. e. quādo fit ab. es. uel ab. e. ut a poeta anchiſe rethorice.

SEXTA REGVLA.

Genitiuus pluralis in. arum. deſinit: et plerunqꝫ per conciſionem in. um. ut troiugenarum et troiugenum.

SEPTIMA REGVLA.

Datiuus et ablatiuus pluralis in. is. deſinunt: Foeminina tamen pauca transfigurata ex maſculinis non habentibus neutra: quæ per ſexum diſcernuntur: faciunt datiuum et ablatiuum in. bus, ut natabus filiabus.

libertabus: aſmabus: his adduntur animabus: amabus: et duabus.

OCTAVA REGULA.

Accuſatiuus pluralis ſemper terminatˀ in as.

DE MODO EXAMINANDI.

Poeta quæ pars: nomen eſt. Quid eſt nomẽ: Eſt pars orationis cum caſu corpus aut rem ꝓprie cõmuniterue ſignificans. Poeta eſt pars declinabilis aut indeclinabilis: Declinabilis. Quod ſunt ptes oratõis declinabiles: Quattuor. Nomen. verbum participium et ꝓnomẽ. Quot ſunt ptes oratõis indeclinabiles: quattuor. Prepoſitio. aduerbium. interiectio. et coniunctio. Quare dicitˀ nomẽ: q̈ſi notamẽ ꝙ hoc nocemus vniuſcuiuſq; ſubſtã tiæ q̈litatem: uel a græco q̄ð: eſt ONONA. Nomini quot accidunt: quinq;. Species. genus. numerus. figura. et caſus. Cuius ſpeciei: deriuatiue. vnde deriuatˀ: a poeſis. Quot ſunt ſpecies nominum: duæ. Primitiua. ut iulus et mons. Deriuatiua. ut iulius et montanus. Quale nomen eſt: ſubſtantiuũ. quare: quia præponitˀ ei vnum articulare tantum ut hic poeta. Quotuplex eſt nomẽ: Duplex. Subſtantiuũ et Adiectiuũ. Subſtantiuũ cui ꝑponitˀ vnum articulare tantum: ut hic liber. uel duo ad plus: ut hic et hæc homo. Et adiectiuũ q̄ð uariatˀ ꝑ tres diuerſas uoces: ut probus proba: ꝓbũ. uel tres articulos: ut hic et hæc et hoc fœlix. Quale nomen ſubſtantiuũ eſt poeta: Appellatiuũ. Quotuplex eſt nomen ſubſtantiuũ: Duplex. Quod: ꝓpriũ q̄ð vni ſoli cõuenit. ut pyrrhus et penelope. Et appellatiuum quod eſt commune multorum: ut homo leo. Cuius ſpeciei tam primitiuorum q̄ꝫ deriuatiuorũ eſt poeta: Corporalis. Quia corpus ſignificat. Quot ſunt ſpecies tam primitiuorum q̄ꝫ deriuatiuoꝝ noĩm: vigintiquinq;. Corporale. incorporale. omonymũ. ſynonimũ: ꝓprium. appellatiuum.

ſubſtantiuū. adiectiuū. ad aliquid dictum. q̄ſi ad aliqd̄ dic
tū. gentile. patriū. interrogatiuū. infinitū. relatiuū. col
lectiuū. diuiduū. fictitiū. generale. ſpeciale. ordinale. nuēra
le. abſolutū temporale. locale. Cuius ſpeciei deriuatiuorū
ꝑprie: Denominatiue. q2 a nomine deriuat᷑: qđ eſt poeſis
Quot ſunt deriuatiuoꝝ noīm ſpecies ꝑprie: Nouem. Pa
tronimicum. poſſeſſiuum. comparatiuū. ſuꝑlatiuū. diminu
tiuū. denominatiuū. uerbale. ꝑticipiale. aduerbiale. Cuius
generis poeta: maſculini. Quia præponit᷑ ei unū articu
lare ꝓnomen hic. Quot ſunt genera nominum: Septem
maſculinum: cui præponit᷑ hic ut hic Pyrrhus. fœmininū
cui præponit᷑ hæc. ut hæc penelope. Neutꝛ cui preponit᷑
hoc: ut hoc animal. Commune cui hic et hæc: ut hic et
hæc homo. Omne cui tria articularia pronomina præpo
nuntur: ut hic et hæc et hoc foelix. promiſcum: quod ſub
vna uoce et uno articulo denotat animalia vtriuſqueſexus
ut hic paſſer: hæc aquila. Incertum: qđ nulla ratione co
gente: ſola auctoritas ueteꝝ ſub diuerſo genere protulit ut
hic uel hæc ſilex: finis: talpa: et reliqua. Poeta ꝑ quam
regulam eſt generis maſculini: per decimam de generibus
qua notat᷑ quod oīa nomina græca: quæ in. as. uel in. is.
longā deſinunt: et ſimiliter in. a apud eos deſinētia neutra
et quæcūq3 terminationē ſuam ſeruāt: genus ſuū apđ nos
ſeruant: ut hic boreas: crater. titan. ſoſia poeta et reliqua
Prima declinatio ꝑ quot genera declinat᷑: Tria. maſcu
linum. Fœmininum. et cōmune. Cuius numeri poeta: ſin
gularis. quia ſingulariter ꝓfert᷑. Quid eſt numerus: eſt
dictionis forma quæ diſcretionē q̄ntitatis facere poteſt.
Quot ſunt numeri noīm: Duo ſingularis ut homo. plura
lis ut hoīes. Cuꝰ figure poeta: Simplicis. q̄re: q2 ſimplici
ter ꝓfert᷑. Quot ſunt figure noīm: tres. Simplex: ut ani
mus. Cōpoſita ut magnanimus. Decōpoſita ut magnani
mitas.

Quot modis nomina cōpoñunt᷑: quattuoꝛ. ex duobus in
tegris: ut ſuburbanus. ex duobus coꝛruptis ut efficax. mu
niceps. ex integꝛo et corrupto: ut ineptus et inſulſus. ex
corrupto et integro: ut nugigerulus: aliquando ex pluri
bus: ut inexpugnabilis. īperterritus. Capſis quomō com
ponit᷑: Ex pluribus corruptis cape ſi uis. Poeta cuius
caſus: Nominatiui Vocatiui et Ablatiui ſingularis. qua
re: ꝙ in talibus caſibus declinando reperit᷑. Poetæ cuius
caſus: Genitiui: et Datiui ſigularis: nominatiui et uoca
tiui pluralis. In hoc loco poeta currit: Poeta cuius caſ⁹:
Nominatiui. quia eſt ſuppoſitū huius ueꝛbi currit: quod
requirit ante ſe nominatiuū. Quid eſt caſus: Eſt motus
caſualium dictionū qui maxime fit in fine. Vnde dicitur
caſus: a cadendo ꝙ q̄ſi a recto cadeꝛe uideat᷑: vnde rect⁹
īꝓprie dicit᷑ caſus. Quot ſūt caſus nominū: Sex No
minatiuus. Genitiuus. Datiuus. Accuſatiuus. Vocatiu⁹
Ablatiuus. Qua littera terminat᷑ poeta: a uocali. quot
ſunt terminales litteræ nominū quib⁹ latini utuntur q̄ttuoꝛ
decim. Vocales quinqꝫ. a. e. i. o. u. Semi uocales ſex.
l. m. n. r. ſ. x. mute tres. c. d. t. Quot ſunt declina
tiones nominum: quinqꝫ. prima cuius genitiuus ſingularis
in æ. diphthongon: uel in. es. longā deſinit. ut poeta po
etæ: et rhetorice rhetorices: ſecunda cuius genitiuus et re
liqua ut ſupra. Poeta cuius declinationis: primæ. quare:
Quia eius genitiuus ſingularis in æ diphthongon deſinit.
Nominatiuus ſingularis primæ declinationis qō termina
tiones habet: Quattuoꝛ. a. e. as. es. et vnā hebreā. am
ut poeta rethorice. eneas. anchiſes. Abraham. Poeta
quomō facit in genitiuo: Facit in genitiuo: et datiuo ſin
gluari: et nominatiuo et vocatiuo plurali poetæ ꝑ quam
regulam: Per ſecundā piæ declinatōis. qua dicit᷑ ꝙ geniti
uus et datiuus ſingularis: Et nominatiuus Et vocatiuus

pluralis in . æ . diphthongon deſinunt ſemp̄ . exceptis geniti
uis ſingularibus eoꝝ : que terminãt in . e . longã :q̃ genitiui
terminãt in . es . Poeta quomodo facit in accuſatiuo ſigu
lari : poetã . per q̃ꝫ regulam : p̄ tertiã primæ declinatõnis
qua notať ꝙ accuſatiuus ſingularis in am . uel ĩ an . uel in
en . terminať : ut poetã . ænean . et anchiſen . Quomodo
facit in uocatiuo ſingulari : facit ĩ uocatiuo et ablatiuo ſin
gulari poeta . per q̃ꝫ regulam : per quartã et quĩtam primæ
declinatõis quibꝰ notať ꝙ uocatiuꝰ et ablatiuus ſingularis
in . a . terminãť . uel in . e . q̃n̄do ueniunt ab . es . uel . e . ut
o ænea . anchiſe . rethorice . ab ænea anchiſe rethorice . quo
modo facit in genitiuo plurali : poetaꝝ . p̄ q̃ꝫ regulam : per
ſextam primæ declinatõis qua notatur ꝙ genitiuus pluralis
in . arum . deſinit et plerumqꝫ p̄ conciſionẽ in . um . ut troiu
genarum et troiugenũ . Quomodo facit in datiuo plurali :
facit in datiuo et ablatiuo plurali poetis . per quã regulam
per ſeptimã primæ declinatõis qua notať : ꝙ datiuus et ab
latiuus pluralis ĩ . is . deſinunt . Fæminina tamẽ pauca et re
liqua . Poeta quomõ facit in accuſatiuo plurali : poetas . p̄
quam regulam : per octauam primæ declinatõis . que nota
tur ꝙ accuſatiuus pluralis ſemper terminatur in . as .

Poeta quomodo declinatur :
Nominatiuo hic poeta . Genitiuo huiꝰ poetæ . datiuo huic
poetæ . accuſatiuo hũc poetã . Vocatiuo o poeta . ablatiuo
ab hoc poeta . Et pluraliter Nominatiuo hi poetæ . geniti
uo hoꝝ poetaꝝ . Datiuo his poetis . accuſatiuo hos poetas
Vocatiuo o poetæ . Ablatiuo ab his poetis .
Nomĩatiuo hæc muſa . Genitiuo huiꝰ muſæ Datiuo huic
muſæ Actõ hanc muſam . Vocatiuo o muſa . Ablatiuo ab
hac muſa . Et pluraliter nominatiuo hæ muſæ . Genitiuo
haꝝ muſarum Datiuo his muſis . Accuſatiuo has muſas
Vocatiuo o muſæ . Ablatiuo ab his muſis .

Nominatiuo hic q hæc aduenā. Genitiuo huius aduenæ
Datiuo huic aduenæ. accuſatiuo hunc q hanc aduenam.
Vocatiuo o aduena. ablatiuo ab hoc q ab hac aduena. et
pluraliter nominatiuo hi q hæ aduenæ. Genitiuo horū et
haꝝ aduenaꝝ. Datiuo his aduenis. accuſatiuo hos q has.
aduenas. vocatiuo o aduenæ. Ablatiuo ab his aduenis

DE SECVNDA DECLINATIONE.

PRIMA REGVLA.

Ominatiuus ſecundæ declinationis quot terminatio
nes habet? Sex. er. ir. ur. us. um. eus. ut caper. alex
ander. hiber. hiſpanus: et fluuius: qui etiā hiberus dicit᷑
quod ſolum ꝓduxit er. in hac declinatione: et ab eo com
poſitū celtiber: nam ꝓ gente quæ eſt iuxta armenos hiber
hiberis dicit᷑. in. ir. et in. ur. latinoꝝ tantū maſculinoꝝ
ut uir et ſatur. in us. ut platanꝰ. in um. neutroꝝ et figu
rate fœmininoꝝ. ut regnū. glycerium. in eus. græca tantū
Et maſculina. ut Theſeus: Thideus.
Secunda declinatio ꝑ quot genera declinat᷑? Tria maſcu
linum. fœmininum. Et neutrum.

SECVNDA REGVLA.

Genitiuus ſingularis in. i. deſinit: et in. ir. uel in. ur. uel
in. eus. deſinētia: vna ſemper ſyllaba vincunt in genitiuo
in. us. uero et in. um. pares habent ſyllabas.

TERTIA REGVLA.

Datiuus et ablatiuus ſecunde declinationis fiūt a genitiuo
i. mutata in. o. ut huius luciferi: huic q hoc lucifero. hu
ius Tiphei: huic q hoc tipheo.

QVARTA REGVLA.

Accuſatiuus ſingularis ſecunde declinatōis deſinit in. um
ut priamum. Theſeum. Græca uero in eus deſinunt etiam

in . a . cætera uero in on . terminantᷣ . ut Theſea . Priamon

QVINTA REGVLA.

Vocatiuus ſingularis ſecũdæ declinatōis q̄ndo in . r uel in . m . deſinit nomĩatiuꝰ ſimilis ei eſt . in . eus . uero deſinē tibus ꝓpriis græcus eſt uocatiuus qui a nominatiuo fit ab lata . s . ut o Theſeu . in . us . deſinentia mutata . us . in . e . fa ciunt uocatiuũ . Si tamen ante us . i . ſit in ꝓpriis abiecta us . facimus uocatiuum . ut virgilius o virguli . Dicimus ætiam fili ꝓ filie . Dicunt ætiam chriſtiani : deus : agnus uulgus : populus : pelagus . fluuius in uocatiuo .

SEXTA REGVLA.

Pluralis nomĩatiuus et uocatiuus tam maſculinus q̄ fæmi ninus ſecundæ declinatōis ſimilis eſt genitiuo ſingulari . Neutri uero generis nomĩatiuꝰ accuſatiuꝰ et vocatiuꝰ plu rales finiunt in . a . in omnibus enĩ neutris tres caſus ſunt ſimiles : nomĩatiuus accuſatiuꝰ et vocatiuꝰ : et ĩ plurali nu mero ſemper deſinũt ĩ . a . niſi ſint græca ut tempe : cepe .

SEPTIMA REGVLA.

Genitiuus pluralis ſecundæ declinatōis fit in omni genere addita . rum . ablatiuo ſingulari . ut magiſtro magiſtrorũ Multa tamen per ſincopen dicuntᷣ . ut denum ſeptenum . ſeuum . tricenum . numum . ſextertiũ . modium . liberum . fabrum . elementum . iugerum .

OCTAVA REGVLA.

Datiuus et ablatiuus pluralis ſecunde declinationis fiunt ab ablatiuo ſingulari mutata . o . in . is . longam .

NONA REGVLA.

Accuſatiuus pluralis ſecũdæ declinatōis tam maſculinꝰ q̄ fæmininus fit addita . s . ablatiuo ſingulari .

DECIMA REGVLA.

Nomina quæ ſecundum modum pronominis declinantur .

ſunt octo. vnus. totus. ſolus. alius. ullus. uter. alter. et quis vel qui cum ſuis compoſitis: quæ ætiam ſecũdũ mobilium nominũ regulam ueteres declinabant: pter quis. neuter tamen neutra neutrum cum utroq; modo ſicut ſimplex ſuum diceret: apud iuniores ſecundũ mobilia nomĩa declinant. Horũ fœminina ſunt. vna. tota. ſola. alia. ulla. altera. utra: quæ neutra: vnũ. ſolum. totũ. aliud. ullũ. alterꝝ. utꝝ. qđ uel quid. quoꝝ genitiui vnius. ſolius. totius. alius. ulliꝰ. utriꝰ. et corripiũt et ꝓducũt penultimã alterius ſemper corripit. Nomĩatiuo hic magiſter. Genitiuo huiꝰ magiſtri. datiuo huic magiſtro. Actõ hũc magiſtꝝ. Vocatiuo o magiſter. Ablatiuo ab hoc magiſtro. Et pluraliter noĩatiuo hi magiſtri. genitiuo hoꝝ magiſtroꝝ. Datiuo his magrĩs. accuſatiuo hos magrõs. vtõ o magrĩ: ablatiuo ab his magrĩs. Nominatiuo hæc pinus. Genitiuo huiꝰ pini. datiuo huic pino. Accuſatiuo hãc pinũ. vocatiuo o pine. ablatiuo ab hac pino. Et pluraliter noĩatiuo hæ pini Genitiuo haꝝ pinoꝝ. Datiuo his pinis. accuſatiuo has pinos. vocatiuo o pini. ablatiuo ab his pinis.

Noĩatiuo hoc templũ. gtõ huiꝰ tẽpli. datiuo huic templo Accuſatiuo hoc templũ. vocattuo o templũ. ablatiuo ab hoc templo. Et pluraliter noĩatiuo hæc templa. gtõ horũ templorũ. Datiuo his templis. accuſatiuo hec tẽpla. vocatiuo o templa ablatiuo ab his templis.

Noĩatiuo vllus: ulla: ullũ. genitiuo ulliꝰ. datiuo ulli. accuſatiuo ullũ: ullã: ullũ. ablatiuo ab ullo: ulla: ullo. et pluraliter noĩatiuo ulli: ullæ: ulla. gtõ ullorum: ullaꝝ: ulloꝝ Datiuo ullis. accuſatiuo ullos: ullas: ulla. abltõ ab ullis

DE TERTIA DECLINATIONE.

Ertia declinatio ꝑ quot genera declinaẽ: per omnia

PRIMA REGULA.

Quot ſunt terminationes nominum tertiæ declinationis?
Quinquaginta quattuor. Quæ i.a.ut poema.in.e.ut mo
nile.in.o.ut leo.in.ac.ut lac.i.ec.ut allec.in.id.hebrea
et barbara ut Dauid.in.al.ut ſal.i.el.ut mel.i.il.ut pu
gil.in.ol.ut ſol.in.ul.ut conſul.in.an.ut titan.in.en.ut
ſplen.i.in.ut phorcin.iu.on.ut ſidou.i.ar.ut par.i.er
ut pater.i.ir.ut gaudir.in.or.ut amor.i.ur.ut turtur
in as.ut pallas.i es.ut comes.in.is.ut collis.i.os.ut cō
pos.in.us.ut lepus.in.abs.ut trabs.i.ebs.ut celebs.i.ibs
ut calibs.i.obs.ut ſcrobs in.urbs ut urbs.in.uls.ut puls
in.ems.ut hyems.i.ans.nt dodrans.in ens.ut dens.i ins
ut tirins.in ons.ut fons.i.uns.ut aruns.i aps.ut daps
in.eps.ut manceps.in ips.ut cinips.i ops.ut ops: mater
deorum.in irps.ut ſtirps.in ax.ut fax.in ex.ut fex.i.ix
ut phenix.in ox.ut uelox.in ux.ut crux.in aes.ut praes
in aus ut fraus.i ut.ut caput.i alx.ut calx.i anx.ut lāx
in arx.ut arx.in.unx.ut coniunx.

SECUNDA REGULA.

Genitiuus ſingularis tertiæ declinatōis i.is.correptā deſi
nit.excipit̃ uis: huius uis: quod ꝓducit̃.

TERTIA REGULA.

Datiuus ſingularis tertiæ declinationis fit a genitiuo ab
iecta.s.

QUARTA REGULA.

Accuſatiuus ſingularis tertiæ declinationis fit a genitiuo
ſingulari.is.mutata in em.in is.tamen terminata ꝓpria
vel græca ſimilem habencia nominatiuū genitiuo.in.im
terminant accuſatiuum.ut tybrim: araim: neapolim. præ
terea latina hæc inueniunt̃ turrim: tiburim: burim: ſecurī
puppim: ſitim; reſtim; uim: peluim; tuſſim: maguderim.

puppem ætiã et ſecurẽ: et turrẽ: et reſtẽ: inuenies. in græcis uero tã in hac q̃ i aliis declinationibus græca termĩatio in. a. inuenit̃: ut peana: titana.

QVINTA REGVLA.

Vocatiuus ſingularis tertiæ declinationis ſimilis eſt nominatiuo ſingulari niſi ſit uocatiuus græcus: qui fit a nomĩatiuo ablata. s. uel a gẽtiuo ablata. tis. ut Thebai chalcan palla. xenophon.

SESTA REGVLA.

In. e. correptam neutra: niſi ſint propria: ſimilem habent ablatiuum ſingularem datiuo ſingulari: ut ab hoc mari. natali. monili. excipit̃ ab hoc gauſape quod ueteres et hic gauſapes: et hæc gauſapa et hoc gauſape: et gauſapium dixerunt. ſimiliter in. ar. neutra et in al. penultimam in obliquis ꝓducentia: et in. er. et in. is. adiectiua ſi faciũt in e. neutra: et quæ. im. tantũ terminãt accuſatiuũ: et in is. uel in. er. nomĩa menſiũ: in. i. ꝓductã faciũt ablatiuũ ſingularem: ut tribunali. lupanari. celeri. utili tybri aprili ſeptembri. excipit̃ ab hoc farre. Omnia uero quæ in. im. uel in em. faciũt accuſatiuũ: et quæ omnis generis ſunt et quæ ĩ. ns. uel ĩ. ctis. uel ĩ. ptis. uel. ĩ. mnis. uel ĩ. gnis uel in. guis. exeunt: et omnia fere quæ duas ante. is. cõſonantes in eadem habent ſylaba comparatiua: et ſimiliter omnia in. ix. fœminina uerbalia et circunflexa: quæ apud ueteres ĩ. tis. deſinebãt: tam ĩ. e. q̃ in. i. faciũt ablatiuũ ut ſecure uel ſecuri: uigile uel uigili: uetere uel ueteri: pare uel pari: inope uel inopi: ancipite uel ancipiti: naue uel naui: uecte uel uecti nepte uel nepti: amne uel amni: igne uel igni: angue uel angui: poſte uel poſti: minore uel minori: uictrice uel uictrici: arpinate uel arpinati: hoſpes

Et ſoſpes cũ ſint omnis generis hoſpite et ſoſpite faciũt .
nec ſunt cõtra regulã cũ habeãt fœmininũ ĩ .a. excipit̃ ueſ
tis teſtis :peſtis :et pauper :degener: uber .quæ p̃ e .ſolã faci
unt ablatiuũ . memori uel memore dicit̃ . quoniã noĩatiuus
memoris et hoc memore dictũ eſt : ut cõcorde uel concordi
Inuenit̃ enĩ cõcordis et hoc concorde : ſicut amẽtis et hoc
amente . Omnia nomina tertiæ declinationis præter ſupra
dicta in e . faciunt ablatiuum ut patre : claſſe : auctoritas
tamen et in . i . quandoq; profert . ut uirgilius : Aductum
æneam claſſi .

SEPTIMA REGVLA.

Nominatiuus pluralis tertiæ declinationis in maſculinis:
fœmininis . et cõmunibus : fit a genitiuo ſingulari mutata
is .ĩ . es .ut matres : foelices . excipiunt̃ ſardis . trallis .alpis
ſyrtis : que . is . productam habent pro græca diphthongo .
Neutra uero ſi ablatiuus ĩ . i . ſolam uel ĩ . e . deſinit . p̃ter
comparatiua correpta i . et addita . a . Si uero in . e . ſolã
ſimiliter comparatiua mutata . e . in . a . faciũt nomiatiuũ
pluralem .ut monilia .paria .foelitia . tempora . maiora . ex
cipiunt̃ uetera . ludrica . pluria uel plura . ampluſtria uel
ampluſtra .

OCTAVA REGVLA.

Genitiuꝰ pluralis tertiæ declinatõis cũ ĩ . i . ſolũ uel ĩ . e . et
in .i . deſinit ablatiuus in iũ . facit . ut ſedili ſediliũ . foelice
uel foelici foeliciũ . comparatiua uero in . um . faciũt . ut a
maiore uel maiori : a minore uel minori minoꝝ . in . e . uero
ſolam faciẽtia ablatiuũ ſi noĩatiuus in duas terminat̃ cõſo
nantes in . ium . faciũt . ut fonte fontiũ . fronte frontium .
Exceptis ĩ .ms . uel in . ps . ſi nõ ſint a capite cõpoſita : que
in . um . faciunt : ut hyems hyemũ : municeps municipum .
a capite cõpoſita ĩ . um . terminãt genitiuũ . ut triceps trici
pitũ . quæ uero genitiuũ habẽt parẽ noĩatiuo in . iũ . faciũt

ut collis collium : cedes cedium. Excipit᷑ iuuenum : canũ :
panum. vetus : uigil : memor : ſupplex : artifex : quãuis in
e. et in. i. terminent ablatiuum non tamen in. ium : ſed in
um. faciũt genitiuum. Pluralia in. es. quæ carent ſingu
laribus genitiuum in. ium. faciunt ut uires uirum : pena
tes penatium. Similiter in. is. longũ deſinẽtia. ut liſlitiũ
ſamnitis ſamnitiũ. Nox ætiam noctiũ facit. cætera omnia
deſinunt in. um. ut poema poematum. excipitur boum a
boue pro bouium. in. es. terminata pares habentia ſylla
bas cum genitiuo : et in. as. frequentius per ſyucopen di
cunt᷑. ut natum : ꝓbitatũ. nam ſupplicũ : artificũ : iudicũ
differentiæ cauſa dicta ſunt.

NONA REGULA.

Datiuus et ablatiuus tertiæ declinationis naſcit᷑ a genitiuo
ſingulari interiecta. bu. ut foelicibus : hominibꝰ : penatibꝰ
excipit᷑ bobus. frequenter tamen græca neutra in. a. in
is. longam terminãt datiuos et ablatiuos plurales. ut poe
matis : problematis.

DECIMA REGULA.

Accuſatiuꝰ et vocatiuꝰ plurales tertiæ declinatõis ſimiles
ſunt noĩatiuo plurali : ut latroẽs : matres : ſyrtis. alpis. om
nia quæ habẽt ſimilẽ noĩatiuo genitiuũ. et quæ in. i. ſolam
terminãt ablatiuũ : et que pluralia ſũt i. ns. uel. i. rs. deſi
nentia plerũqꝫ ꝑ is. raro ꝑ es. terminãt accuſatiuũ pluralẽ
ut oĩs : alacris : penatis : fontis partis. in. x. uero deſinẽtia
triũ generꝫ raro ꝑ. is. plures : et lites tam ꝑ. es. q̃ ꝑ. is.
Nominatiuo hic pater. Genitiuo huius patris Datiuo
huic patri. accuſatiuo hũc patrem. vocatiuo o pater. Ab
latiuo ab hoc patre. Et pluraliter noĩatiuo hi patres. gtõ
horꝫ patrꝫ. Datiuo his patribus. accuſatiuo hos patres.
vocatiuo o patres. ablatiuo ab his patribus.
Nominatiuo hæc virtus. Genitiuo huius virtutis.

Datiuo huic uirtuti. Accuſatiuo hanc uirtutē Vocatiuo
o uirtus. ablatō ab hac uirtute. Et pluraliter noīatiuo hæ
uirtutes. Gtō haꝝ uirtutū. Datiuo his uirtutibus. actō
has uirtutes. vocatiuo o uirtutes. abltō ab his uirtutibꝰ
Nominatiuo hoc opus. Genitiuo huius operis. Datiuo
huic operi. accuſatiuo hoc opus. vocatiuo o opus. ablati
uo ab hoc opere. Et pluraliter Nominatiuo hæc opera.
Genitiuo hoꝝ opeꝝ. Datiuo his operibꝰ. Accuſatiuo hæc
opera. vocatiuo o opera. ablatiuo ab his operibus.
Nominatiuo hic et hæc homo. Genitiuo huius hominis
datiuo huic homini. actō hunc et hāc hominem. vocatiuo
o homo. abltō ab hoc et ab hac homine. Et pluraliter noīa
tiuo hi et hæ homines. genitiuo hoꝝ et haꝝ hominum. dati
uo his hominibus. accuſatiuo hos et has homines. vocati
uo o homines. ablatiuo ab his hominibus.
Nominatiuo hic et hec omnis et hoc omne. Genitiuo huiꝰ
omnis. Datino huic omui. accuſatiuo hūc et hanc omnē
et hoc omne. vocatiuo o omnis et o omne. ablatiuo ab
hoc et ab hac et ab hoc omni. Et pluraliter nominatiuo
hi et hæ omnes et hec omnia. gtō hoꝝ et haꝝ et hoꝝ omniū
Datiuo his omnibꝰ. accuſatiuo hos et has omnes et hec om
nia. vocatiuo o omnes et o omnia ablatiuo ab his omnibus.
Nominatiuo hic et hec pulchrioꝛ: et hoc pulchrius. geni
tiuo huiꝰ pulchrioris. Datiuo huic pulchriori. accuſatiuo
hunc et hanc pulchriorem: et hoc pulchrius. vocatiuo o
pulchrioꝛ: et o pulchriꝰ. ablatiuo ab hoc et ab hac et ab
hoc pulchrioꝛe uel pulchriori. Et pluraliter nomiuatiuo
hi et hæ pulchriores et hec pulchriora. Genitiuo horum
et harum et horum pulchriorum. Dtō his pulchrioribus
Accuſatiuo hos et has pulchriores: et hec pulchriora.
vocatiuo o pulchrioꝛes et o pulchriora. Ablatiuo ab his
pulchrioribus.

Nominatiuo hic et hæc et hoc foelix. Genitiuo huius foelicis. Datiuo huic foelici. Accuſatiuo hunc et hanc foelicē et hoc fodix. vocatiuo o fodix. ablatiuo ab hoc et ab hac et ab hoc foelice uel foelici. Et pluraliter nominatiuo hi et hæ fodices et hæc foelicia. genitiuo horum et harum et horum. foeliciū. datiuo his fodicibus. Accuſatiuo hos et has foelices et hæc foditia. vocatiuo o fodices: et o foelicia Ablatiuo ab his foelicibus.

DE QVARTA DECLINATIONE.

varta declinatio p quot genera declinat᷑: Tria maſculinum. Fæmininum. et Neutrum.

PRIMA REGVLA.

Quot terminatões habet noīatiuꝰ q̄rtæ declinatōis: duas in. us. correptā maſculinoꝝ uel fæmininoꝝ. et i. u. pͦductā neutroꝝ quæ etiam īdeclinabilia ſunt in ſingulari numero.

SECVNDA REGVLA.

Genitiuus ſingularis quartæ declinationis fit a nominatiuo producta. us.

TERTIA REGVLA.

Datiuus ſingularis quartæ declinationis fit a genitiuo abiecta. s. et addita. i. penultima correpta: ut currui.

QVARTA REGVLA.

Accuſatiuus ſingularis quartæ declinationis fit a nominatiuo mutata. s. in. m. ut ſenatum.

QVINTA REGVLA.

vocatiuus eſt ſimilis nomiatiuo: ut o ſenatus.

SEXTA REGVLA.

Ablatiuus fit a nomiatiuo remota s. ut a ſenatu.

SEPTIMA REGVLA.

Nomiatiuus accuſatiuus et vocatiuus plurales q̄rtæ declinationis ſimiles ſunt genitiuo ſingulari ut ſenatus.

OCTAVA REGVLA.

Genitiuus ſingularis quartæ declinationis fit a nomĩatiuo
ſingulari abiecta . s . et addita . um . ut curruum .

NONA REGVLA .

Datiuus et ablatiuus plurales quarte declinationis fiunt
a nominatiuo ſingulari mutata . u . in . i . et ĩterpoſita . bu
ut manibus ſenatibus . excipiunt̃ differentiæ cauſa artu
bus : arcubus : partubus : portubus : uero tribubus : lacub⁹
ficubus arcubus quercubus ſpecubus . nulla cogente cauſa
differentiæ .

DECIMA REGVLA .

impfecto amari. Præterito pfecto et pluſquāpfecto amatū eſſe uel fuiſſe. Futuro amatum iri.

Quot participia deriuantᷣ a uerbo paſſiuo: duo. vnū perfecti et pluſquāpfecti temporis in. tus uel in. ſus. uel in xus. ut amatus. Alterꝫ futuri in. dus. ut amandus.

Nota ꝙ actiui uerbi regulam neutrale uerbum ſequitur. paſſiui cōmune et deponens.

DE SECVNDA CONIVGATIONE.

Doceo quomō declinatᷣ: Doceo uerbū actiuum indicatiuo modo temporis p̄ſentis numeri ſingularis figure ſimplcis pſonæ primæ coniugationis ſecūdæ ſic declinatᷣ Indicatiuo mō tēpore p̄ſenti Doceo doces docet. docem⁹ docetis docent Preterito ipfecto docebam docebas docebat docebamus batis bant. preterito perfecto docui docuiſti docuit. docuimus docuiſtis docuerūt uel docuere. p̄teri to pluſquāpfecto docuerā docueras docuerat. docueram⁹ docueratis docuerāt. Futuro docebo docebis docebit. docebimus docebitis docebunt.

Impatiuo mō tempe p̄ſenti ad ſecūdā et terciā pſonā doce doceat. doceamus docete doceāt. Futuro doceto tu doceto ille. doceamus docetote docento.

Optatiuo mō tpe p̄ſenti et p̄terito impfecto utinā docerē doceres doceret. doceremus doceretis docerent. preterito pfecto et pluſquāpfecto utinā docuiſſeꝫ docuiſſes docuiſſet docuiſſemus docuiſſetis docuiſſent. Futuro utinā doceam doceas doceat. doceamus doceatis doceant.

Coniunctiuo mō tpe p̄ſēti cū doceam doceas doceat. doceamus doceatis doceāt. Præterito impfecto cū docerem doceres doceret. cū doceremus doceretis docerent preterito perfecto cū docuerī docueris docuerit. docuerimus docueritis docuerint. Præterito pluſq̄pfecto cū docuiſſē docuiſſes docuiſſet. cū docuiſſem⁹ docuiſſetis docuiſſent. Futuro cū docuero docueris docuerit cū docuerim⁹ docueritis docuerīt

Infinitiuo modo numeris et ꝑſonis tempore p̄ſenti et p̄teri
to imꝑfecto docere. Præterito ꝑfecto et pluſquãperfecto do
cuiſſe. Futuro doctum iri uel docturum eſſe.
Gerundia docendus docenda docendum.
Supina doctum doctu.
Participia docens et docturus.
Doceor quomodo declinat᷑:
Indicatiuo modo tẽpore p̄ſenti. doceor doceris uel
docere docet᷑. et pluraliter docemur docemini docẽt᷑. Pre
terito imꝑfecto docebar docebaris uel docebare docebat᷑.
et pluraliter docebamur docebamini docebant᷑. preterito
perfecto doctus ſum uel fui es uel fuiſti eſt uel fuit. et plu
raliter docti ſumus uel fuimus eſtis uel fuiſtis ſunt fuerunt
vel fuere. Præterito pluſq̃ꝑfecto doctus eram uel fueram
eras uel fueras erat uel fuerat. docti eramus uel fueramus
eratis uel fueratis erant uel fuerant. Futuro docebor doce
beris uel docebere docebitur. et pluraliter docebimur.
docebimini docebuntur.
Imperatiuo modo tempore p̄ſenti docere doceat᷑. et plura
liter doceamur docemini doceant᷑. Futuro docetor tu doce
tor ille. et pluraliter doceamur doceminor docentor.
Optatiuo modo tempore præſenti et preterito imperfecto
vtinam docerer docereris uel docerere doceret᷑. et plura
liter vtinam doceremur doceremini docerent᷑. preterito ꝑ
fecto et pluſq̃ꝑfecto vtinam doctus eſſem uel fuiſſem eſſes
uel fuiſſes eſſet uel fuiſſet. et pluraliter vtinã docti eſſem⁹
vel fuiſſemus eſſetis uel fuiſſetis eſſent uel fuiſſẽt. Futuro
vtinam docear docearis uel doceare doceat᷑. et pluraliter
vtinam doceamur doceamini doceant᷑.
Coniunctiuo modo tempore præſenti cum docear: do
cearis uel doceare doceatur. Et pluraliter cum docea
mur doceamini doceantur. Præterito imperfecto cum

docerer docereris uel docerere doceret. Et pluraliter cum doceremur doceremini docerent. Præterito perfecto cum doctus ſim uel fuerim ſis uel fueris ſit uel fuerit. et pluraliter cum docti ſimus uel fuerimus ſitis uel fueritis ſint uel fuerint. Prætterito pluſquamperfecto cum doctus eſſem uel fuiſſem eſſes uel fuiſſes eſſet uel fuiſſet. et pluraliter cum docti eſſemus uel fuiſſemus eſſetis uel fuiſſetis eſſent uel fuiſſent. Futuro cum doctus ero uel fuero eris uel fueris erit uel fuerit. et pluraliter cum docti erimus uel fuerimus eritis uel fueritis erint uel fuerint.

Infinitiuo modo numeris et perſonis tempore preſenti et Præterito imperfecto doceri. Præterito perfecto et pluſquamperfecto doctum eſſe uel fuiſſe. Futuro doctum iri.

Quot ſunt participia huius uerbi: duo. unum preteriti temporis doctus. Alter futuri docendus.

DE DECLINATIONE TERTIAE CONIUGATIONIS

ego quomodo declinatur:

Indicatiuo modo tempore preſenti lego legis legit. et pluraliter legimus legitis legunt. præterito imperfecto legebam legebas legebat. et pluraliter legebamus. legebatis legebant. præterito perfecto legi legiſti legit. et pluraliter legimus legiſtis legerunt uel legere. præterito pluſquamperfecto legeram legeras legerat. et pluraliter legeramus legeratis legerant. Futuro legam leges leget. et pluraliter legemus legetis legent.

Imperatiuo modo tempore preſenti lege legat. Et pluraliter legamus legite legant. Futuro legito tu legito ille. Et pluraliter legamus legitote legunto.

Optatiuo modo tempore preſenti et preterito imperfecto utinam legerem legeres legeret. et pluraliter utinam legeremus legeretis legerent. Præterito perfecto et pluſquamperfecto utinam legiſſem legiſſes legiſſet.

Et pluraliter vtinam legiſſemus legiſſetis legiſſent. Futō vtinam legam legas legat. Et pluraliter vtinam legamus legatis legant.

Coniunctiuo modo tēpore p̄ſenti cū legā legas legat. Et pluraliter cū legamus legatis legant. Præterito imperfecto cum legerē legeres legeret. Et pluraliter cum legeremus legeretis legerēt. Præterito perfecto cū legerim legeris legerit. Et pluraliter cū legerimꝰ legeritis legerīt. preterito pluſq̄perfecto cum legiſſē legiſſes legiſſet. et pluraliter cū legiſſemus legiſſetis legiſſent. Futuro cum legero legeris legerit. Et pluraliter cum legerimus legeritis legerint.

Infinitiuo modo numeris et perſonis tpe p̄ſenti et p̄terito imperfecto legere. p̄terito perfecto et pluſq̄perfecto legiſſe. Futuro lectum ire: uel lecturum eſſe.

Gerundia legendus legenda legendum.

Supina lectum lectu.

Quot participia trahūt ab hoc uerbo: duo. vnum p̄ſētis temporis legens. et alter futuri lecturus.

Legor quomodo declinatur.

Indicatiuo mō tēpore p̄ſēti. Legor legeris uel legere legit̄. et pluraliter legimur legimini legunt̄. Præterito iperfecto legebar legebaris uel legebare. legebat̄. et pluraliter legebamur legebamini legebant̄. p̄terito perfecto lectꝰ ſum uel fui es uel fuiſti ē uel fuit. et pluraliter lecti ſumꝰ uel fuimus eſtis uel fuiſtis ſunt fuerunt uel fuere Præterito pluſq̄perfecto lectꝰ erā uel fuerā eras uel fueras erat uel fuerat. Et pluraliter lecti eramꝰ uel fueramꝰ eratis uel fueratis erāt uel fuerāt. Futō legar legeris uel legere leget̄. Et pluraliter legemur legemini legentur.

Imperatiuo modo tempore preſenti legere legatur Et pluraliter legamur legimini legant̄. Futuro legitor tu legitor ille Et pluraliter legamur legiminor leguntor.

Optatiuo modo tempore preſenti et præterito impfecto vti
nam legerer legereris vel legerere legeretur. Et pluraliter
vtinam legeremur: legeremini legerentur. præterito pfecto
et pluſquāpfecto vtinam lectus eſſem uel fuiſſem: eſſes uel
fuiſſes eſſet uel fuiſſet. Et pluraliter vtinam lecti eſſem⁹
vel fuiſſemus: eſſetis uel fuiſſetis: eſſent uel fuiſſent. Futō
vtinam legar legaris nel legare legat̃. Et pluraliter utinā
legamur legamini legantur.

Coniunctiuo modo tempore preſenti cū legar legaris uel
legare legatur. et pluraliter cū legamur legamini legantur
Præterito impfecto cū legerer legereris uel legerere legeret̃
Et pluraliter cū legeremur legeremini legerent̃. Præteri
to pfecto cū lectus ſim vel fuerim ſis uel fueris ſit uel fue
rit. Et pluraliter cū lecti ſimus uel fuerimus: ſitis uel fu
eritis: ſint uel fuerint. Preterito pluſquāpfecto cū lectus
eſſem uel fuiſſem eſſes uel fuiſſes eſſet uel fuiſſet. et plu
raliter cū lecti eſſemus uel fuiſſemus eſſetis uel fuiſſetis eſ
ſent uel fuiſſent. Futuro cū lectus ero uel fuero: eris uel
fueris erit uel fuerit. Et pluraliter cū lecti erimus uel fue
rimus eritis uel fueritis eriut uel ſueriut.

Infinitiuo modo numeris et pſonis tēpore p̄ſenti et p̄te
rito impfecto legi. præterito pfecto et pluſq̄pperfecto lec
tum eſſe uel fuiſſe. Futuro lectum iri.

Quot pticipia deriuant̃ ab hoc uerbo: Duo vnū tpis p̄te
riti pfecti lectus. Alter futuri legendus.

DE QVARTA CONIVGATIONE.

Audio quomodo declinat̃:

Indicatiuo mō tēpore p̄ſenti: Audio: audis audit
Et pluraliter audimus auditis audiunt. præterito imper
fecto audiebam audiebas audiebat. Et pluraliter audieba
mus audiebatis audiebant. Præterito perfecto Audiui
audiuiſti audiuit. Et pluraliter audiuimus audiuiſtis:

audiuerunt uel audiuere. Preterito pluſquāp̄fecto audiue
ram audiueras audiuerat. Et pluraliter audiueramꝰ: audi
ueratis: audiuerāt. Futuro audiam: audies: audiet. et plu
raliter audiemus audietis audient.
Imperatiuo modo tempore p̄ſenti. Audi: audiat. Et plu
raliter audiamꝰ audite audiant. Futō audito tu audito ille
Et pluraliter audiamus auditote audiunto.
Optatiuo modo tempore p̄ſenti et p̄terito ip̄fecto vtinā au
direm audires audiret. Et pluraliter vtinā audiremꝰ audi
retis audirent. Preterito p̄fecto et pluſquāp̄fecto vtinam
audiuiſſem audiuiſſes audiuiſſet. Et pluraliter vtinā audi
uiſſemꝰ audiuiſſetis audiuiſſent. Futō vtinā audiam audi
as audiat. et pluraliter vtinā audiamꝰ audiatis audiant.
Subiunctiuo mō tempore p̄ſenti cū audiā audias audiat.
Et pluraliter cū audiamus audiatis audiāt. preterito imp
fecto cū audirem audires audiret. et pluraliter cū audire
mus audiretis audirent: Preterito p̄fecto cū audiuerim
audiueris audiuerit. et pluraliter cum audiuerimus audi
ueritis audiuerint. Præterito pluſquāp̄fecto cū audiuiſſem
audiuiſſes audiuiſſet. et pluraliter cū audiuiſſemus audi
uiſſetis audiuiſſent. Futō cū audiuero audiueris audiuerit
Et pluraliter cū audiuerimus audiueritis audiuerint.
Infinitiuo mō numeris et p̄ſonis tp̄e p̄ſenti et p̄terito im
p̄fecto audire. preterito perfecto et pluſq̄p̄fecto audiuiſſe
Futuro auditum ire uel auditurum eſſe.
Gerundia audiendus audienda audiendum.
Supina auditum auditu.
Quot p̄ticipia trahunt̄ ab hoc uerbo: duo vnū p̄ſentis tē
poris: audiens. Et alter futuri auditurus.

Audior quomodo declinatur.

Indicatiuo modo tempore preſenti. Audior au
diris uel audire auditur. Et pluraliter audimur

audimini : audiunt᷑. Præterito imperfecto audiebar audie
baris vel audiebare audiebat᷑. Et pluraliter audiebamur :
audiebamini audiebant᷑. Preterito ꝑfecto audit⁹ ſum uel
fui : es vel fuiſti : eſt uel fuit. Et pluraliter auditi ſumus
vel fuimus : eſtis uel fuiſtis : ſūt fuerūt uel fuere. preterito
pluſquāꝑfecto auditus eram uel fuerā eras uel fueras erat
vel fuerat. Et pluraliter auditi eram⁹ uel fueramus eratis
vel fueratis erāt uel fuerant. Futuro audiar audieris uel
audiere audiet᷑. Et pluraliter audiemur audiemini audiēt᷑
Imꝑatiuo modo tꝑe ꝑ̄ſenti audire audiatur et pluraliter
audiamur audimini audiant᷑. Futuro auditor tu. auditor
ille. Et pluraliter audiamur audiminor : audiunt᷑ : Opta
tiuo modo tempore ꝑ̄ſenti et preterito imperfecto vtinam
audirer audireris uel audirere audiret᷑. et pluraliter vtinā
audiremur audiremini audireut᷑. Præterito perfecto et
pluſquāꝑfecto vtinā auditus eſſem nel. fuiſſem : eſſes uel fu
iſſes eſſet uel fuiſſet et pluraliter utinā auditi eſſemus uel
fuiſſemus : eſſetis uel fuiſſetis eſſent uel fuiſſent. Futuro
vtinam audiar audiaris uel audiare audiat᷑. et pluraliter
vtinā audiamur audiamini audiāt᷑. Coniūctiuo modo tē
pore ꝑ̄ſenti cū audiar audiaris vel audiare audiat᷑. et plu
raliter cū audiamur audiamini audiant᷑. preterito imper
fecto cū audirer audireris vel audirere audiretur et plura
liter cum audiremur audiremini andirentur. Preterito
perfecto cum auditus ſim vel fuerim ſis uel fueris ſit uel
fuerit. et. pluraliter cū auditi ſimus uel fuerimus : ſitis uel
fueritis : ſiut uel fuerint. preterito pluſquāperfecto cū au
ditus eſſem uel fuiſſem : eſſes uel fuiſſes : eſſet uel fuiſſet :
Et pluraliter cū auditi eſſemus uel fuiſſemus : eſſetis uel
fuiſſetis : eēnt uel fuiſſent. Futuro cū auditus ero uel fu
ero : eris uel fueris erit uel fuerit. et pluraliter cū auditi
erimus uel fuerimus : eritis vel fueritis erint vel fuerint.

Infinitiuo modo numeris et pſonis tēpore pſenti et preterito impfecto audiri. Præterito pfecto et pluſquāpfecto auditū eſſe vel fuiſſe. Futuro auditum iri.
Quot participia deriuāt ab hoc verbo: Duo. vnū pteriti temporis auditus. alter futuri audiendus.

DE VERBIS ANOMALIS.

Quot ſūt verba anomala: quatuor. Sū. volo. fero et edo.
Quare dicunt anomala: quia nullius coniugationis regulā ſequunt. et ideo quaſi inæqualia ſunt. in æquale ſignificat.
Sum quomodo declinatur:
Indicatiuo modo tempore pſenti. Sum es eſt. et pluraliter ſumus eſtis ſunt. Præterito imperfecto eram eras erat. et pluraliter eramus eratis erant. preterito pfecto fui fuiſti fuit. et pluraliter fuimus fuiſtis fuerunt vel fuere. preterito pluſquāpfecto fuerā fueras fuerat. et pluraliter fueramus fueratis fuerant. Futuro ero eris erit. et pluraliter erimus eritis erunt.
Imperatiuo modo tempore pſenti. ſis: uel es: ſit. et pluraliter ſimus: eſte: ſint. Futuro eſto tu: eſto ille. et pluraliter ſimus eſtote ſunto uel ſuntote
Optatiuo modo tempore pſenti et pterito impfecto utinā eſſem eſſes eſſet. et pluraliter vtinam eſſemꝰ eſſetis eſſēt Præterito pfecto et pluſquāpfecto vtinā fuiſſem fuiſſes fuiſſet. et pluraliter vtinam fuiſſemus fuiſſetis fuiſſent. Futuro vtinā ſim ſis ſit. et pluraliter utinā ſimꝰ ſitis ſint
Coniunctiuo modo tempore pſenti cum ſim ſis ſit. Et pluraliter cum ſimus ſitis ſint. preterito impfecto cum eſſem eſſes eſſet. et pluraliter cum eſſemus eſſetis eſſent

preterito p̄fecto cum fuerim fueris fuerit. Et pluraliter
cum fuerimus fueritis fuerit. Preterito pluſq̄p̄fecto cū
fuiſſem fuiſſes fuiſſet. Et pluraliter cum fuiſſemus fuiſſetis
fuiſſent. Futuro cū fuero fueris fuerit. Et pluraliter cum
fuerimus fueritis fuerint.

Infinitiuo mō tp̄e p̄ſenti et p̄terito imp̄fecto eſſe. prete
rito p̄fecto et pluſquamperfecto fuiſſe. Futuro caret.

Gerundia eſſendus eſſenda eſſendum

Supinis caret.

Quot p̄ticipia trahuntur ab hoc verbo: vnum. ens.

Volo quomodo declinatur.

Indicatiuo modo tempore p̄ſenti. Volo vis uult. et
pluraliter volumus vultis volunt. preterito imperfecto vo
lebam uolebas uolebat. Et pluraliter volebamus volebatis
volebant. preterito perfecto volui voluiſti voluit. et plura
liter voluimus voluiſtis voluerunt preterito pluſquam
perfecto volueram uolueras voluerat. Et pluraliter volue
ramus volueratis voluerant. Futuro volam uoles volet. et
pluraliter volemus voletis volent.

Imperatiuo caret. Sed in compoſitione habet noli et noli
te. Futuro nolito. Et pluraliter nolitote.

Optatiuo modo tempore p̄ſenti et p̄terito ip̄erfecto vtinam
vellem velles vellet. Et pluraliter vtinam vellemus velletis
vellent. preterito perfecto et pluſquāperfecto vtinam uoluiſ
ſem voluiſſes uoluiſſet. Et pluraliter vtinam voluiſſemus
voluiſſetis voluiſſent. Futuro vtinam velim velis velit. et
pluraliter vtinam velimus uelitis uelint.

Coniunctiuo modo tempore preſenti cum velim uelis ve
lit. Et pluraliter cum velimus uelitis uelint. preterito
imp̄fecto cū vellem uelles uellet. et pluraliter cum vellemus
velletis uellent. preterito p̄fecto cū voluerim volueris volu
erit. Et pluraliter cum voluerimus volueritis uoluerint

preterito pluſquāperfecto cū voluiſſem voluiſſes voluiſſet.
Et pluraliter cū voluiſſemus voluiſſetis voluiſſent. Futuro
cū voluero volueris voluerit. voluerimꝰ volueritis voluerīt
Infinitiuo modo numeris et perſonis tempore preſenti et
preterito impfecto velle. preterito perfecto et pluſquam
perfecto voluiſſe. Futuro caret.
Gerundia volendus volenda volendum.
Supinis caret.
Quot pticipia deriuantur ab hoc verbo: vnum. volens.
Fero quomodo declinatur.
Indicatiuo modo tempore pſenti. Fero fers fert. et
pluraliter ferimus fertis ferūt, preterito impfecto ferebam
ferebas ferebat. Et pluraliter ferebamus ferebatis ferebant
preterito pfecto tuli tuliſti tulit. Et pluraliter tulimus
tuliſtis tulerunt vel tulere. preterito pluſquam perfecto
tuleram tuleras tulerat. et pluraliter tuleramus tuleratis
tulerant. Futuro feram feres feret et pluraliter feremus
feretis ferent.
Imperatiuo modo tēpore preſenti fer ferat. et pluraliter
feramus ferte ferant. Futuro ferto tu ferto ille. et plura
liter feramus fertote ferunto.
Optatiuo modo tempore preſenti et preterito imperfec
to vtinā ferrem ferres ferret. et pluraliter vtinā ferremꝰ
ferretis ferrent. preterito pfecto et pluſquāperfecto vtinā
tuliſſem tuliſſes tuliſſet. Et pluraliter utinam tuliſſemus
tuliſſetis tuliſſent. Futuro utinam feram feras ferat. Et
pluraliter utinam feramus feratis ferant.
Coniunctiuo modo tempore preſenti cum feram feras fe
rat. et pluraliter cum feramus feratis ferant. preterito
imperfecto cum ferrem ferres ferret. et pluraliter cum fer
remus ferretis ferrent. Preterito perfecto cum tulerim
tuleris tulerit. Et pluraliter cum tulerimus tuleritis tulerīt

Præterito pluſquāpfecto cū tuliſſe; tuliſſes tuliſſet. et plu
raliter cū tuliſſemus tuliſſetis tuliſſent. Futo cū tulero tu
leris tulerit. et pluraliter cū tulerimus tuleritis tulerint.
Infinitiuo modo tempore preſenti et p̄terito imperfecto
ferre. Præterito pfecto et pluſquāpfecto tuliſſe. Futuro la
tum ire vel laturum eſſe.
Gerundia ferendus ferenda ferendum.
Supina latum latu.
Quot participia trahunt ab hoc verbo: duo. vnū p̄ſentis
temporis ferens. Alterum futuri laturus.
Feror quomodo declinatur:
Indicatiuo modo tēpore p̄ſenti. Feror ferris vel fer
re fertur et pluraliter ferimur ferimini feruntur. preterito
impfecto ferebar ferebaris vel ferebare ferebat. et plura
liter ferebamur ferebamini ferebantur. præterito pfecto la
tus ſum vel fui: es vel fuiſti eſt vel fuit. et pluraliter lati
ſumus vel fuimus eſtis vel fuiſtis ſunt fuerunt vel fuere.
Præterito pluſquāperfecto latus eram vel fuerā eras vel fue
ras erat vel fuerat. et pluraliter lati eramus vel fueramus
eratis vel fueratis erant uel fuerāt. Futuro ferar fereris vel
ferere feret. et pluraliter feremur feremini ferentur.
Imperatiuo modo. tempore p̄ſenti. ferre ferat. et plurali
ter feramur ferimini ferant. Futuro fertor tu fertor ille
Et pluraliter feramur feriminor ferntor.
Optatiuo modo tempore præſenti et præterito imperfecto
vtinam ferrer ferreris vel ferrere ferret. et pluraliter vti
nam ferremur ferremini ferrent. præterito pfecto et pluſ
quāperfecto vtinam latus eſſem vel fuiſſem eſſes vel fuiſſes
eſſet vel fuiſſet. et pluraliter vtinā lati eſſemus vel fuiſſe
mus eſſetis vel fuiſſetis eſſent vel fuiſſent. Futuro vtinā
ferar feraris vel ferare feratur. Et pluraliter vtinam fera
mur feramini ferant.

Coniunctiuo modo tẽpore p̄ſenti cum ferar feraris vel ferare ferat̃ Et pluraliter feramur feramini ferant̃ præte rito imperfecto cũ ferrer ferreris vel ferrere ferretur . Et pluraliter cum ferremur ferremini ferrentur . Præterito perfecto cum latus ſim vel fuerim ſis vel fueris ſit vel fu erit . Et pluraliter cum lati ſimus vel fuerimus ſitis vel fu eritis ſint vel fuerint . Præterito pluſquãꝑfecto cum latus eſſem vel fuiſſem eſſes uel fuiſſes eẽt vel fuiſſet . Et plura liter cum lati eſſemus uel fuiſſemus eſſetis vel fuiſſetis eẽnt vel fuiſſent . Futuro cũ latus ero vel fuero eris vel fueris erit vel fuerit . Et pluraliter cum lati erimus vel fuerimus eritis vel fueritis erint uel fuerint .

Infinitiuo mõ tp̄e p̄ſenti et p̄terito ĩꝑfecto ferri . preteri to ꝑfecto et pluſquã ꝑfecto latũ eẽ uel fuiſſe . Futo latũiri

Quot participia trahunt̃ ab hoc verbo ? Duo . Vnũ præte riti temporis latus . et alterum futuri ferendus .

Do quomodo declinatur ?

Indicatiuo modo tẽpore p̄ſenti Edo es eſt . et pluraliter edimus editis edũt . preterito imꝑfecto edebam edebas ede bat . Et pluraliter edebamus edebatis edebant . præterito ꝑfecto edi ediſti edit . Et pluraliter edimus ediſtis ederunt vel edere . præterito pluſquã ꝑfecto ederã ederas ederat . et pluraliter ederamus ederatis ederãt . Futuro edam edes edet Et pluraliter edemus edetis edent .

Imperatiuo modo tp̄e p̄ſenti . Es . edat . Et pluraliter edamus eſte edant . Futuro eſto tu eſto ille . et pluraliter edamus eſtote edunto .

Optatiuo mõ tp̄e p̄ſenti et p̄terito imperfecto vtinam eſſẽ eſſes eẽt Et pluraliter vtinã eſſemꝰ eſſetis eẽnt . p̄terito ꝑfecto Et pluſquãꝑfecto vtinã ediſſem ediſſes ediſſet . et pluraliter vtinam ediſſemus ediſſetis ediſſent . Futo utinam edam edas edat . Et pluraliter vtinam edamus edatis edãt

Coniunctiuo modo tempore preſenti cum edam edas edat
Et pluraliter cum edamus edatis edant. præterito imper-
fecto cum eſſem eſſes eſſet. et pluraliter cum eſſemus eſſe
tis eſſent. Præterito perfecto cum ederim ederis ederit.
Et pluraliter cum ederimus ederitis ederint. præterito
pluſquamperfecto cū ediſſem ediſſes ediſſet. et pluraliter cū
ediſſemus ediſſetis ediſſent. Futuro cum edero ederis ederit
Et pluraliter cum ederimus ederitis ederint.
Infinitiuo modo tempore p̄ſenti et p̄terito imꝑfecto eſſe
Præterito ꝑfecto et pluſquāꝑfecto ediſſe. Futuro eſum
ire vel eſurum eſſe.
Gerundia edendus edenda edendum.
Supina eſum eſu.
Quot participia deriuant̄ ab hoc verbo? Duo. vnum pre
ſentis temporis edens. alterum futuri eſurus.
O is it. Et pluraliter imus itis eunt p̄terito im
perfecto ibam ibas ibat. et pluraliter ibamus ibatis ibant
Præterito perfecto iui iuiſti iuit. et pluraliter iuimus iui
ſtis iuerūt vel iuere. Præterito pluſquāꝑfecto iueram iue
ras iuerat. et pluraliter iueramus iueratis iuerāt. Futuro
ibo ibis ibit. et pluraliter ibimus ibitis ibunt.
Imꝑatiuo mō tp̄e p̄ſēti. i: eat. et pluraliter eam⁹ ite eāt
Futuro ito tu ito ille et pluraliter eamus itote eunto.
Optatiuo mō tp̄e p̄ſenti et p̄terito imꝑfecto vtinam irem
ires iret. et pluraliter vtinam iremus iretis irent. p̄terito
ꝑfecto et pluſquāꝑfecto vtinā iuiſſem iuiſſes iuiſſet. et plu
raliter vtinā iuiſſemus iuiſſetis iuiſſent. Futuro vtinā eā
eas eat. et pluraliter vtinam eamus eatis eant.
Coniunctiuo mō tp̄e p̄ſenti cum eam eas eat. et pluraliter
cū eamus eatis eant. Præterito imꝑfecto cum irem ires
iret. et pluraliter cum iremus iretis irent. Præterito per
fecto cum iuerim iueris iuerit. et pluraliter cum iuerimus

ieritis ierit. Præterito pluſquãperfecto cum iuiſſem iuiſſes iuiſſet. Et pluraliter cum iuiſſemus iuiſſetis iuiſſent. Futuro cum iuero ieris ierit. Et pluraliter cũ ierimus ieritis ierint.
Infinitiuo modo tempore præſenti et preterito imperfecto ire præterito perfecto et pluſquãpfecto iuiſſe. Futuro itũ ire vel iturum eſſe.
Gerundia eundus: eunda: eundum.
Supina itum: itu.
Quot pticipia deſcendũt ab hoc verbo: Duo. vnũ pſentis tpis: iens euntis. et alteꝛ futuri: iturus: itura. iturum
Queo qnis: quiui. ſimiliter declinat. Vnde æciam ſimilia ſunt participia quiens queuntis. quiturus. quitura: quiturum.

Fio quomodo declinat:

Indicatiuo mõ tpe pſeti. Fio fis fit. et pluraliter fimus fitis fiũt. præterito impfecto fiebã fiebas fiebat. Et pluraliter fiebamus fiebatis fiebant. Præterito pfecto factus ſum vel fui es vel fuiſti eſt vel fuit. Et pluraliter facti ſumus uel fuimus eſtis vel fuiſtis ſunt fuerũt vel fuere Præterito pluſquãpfecto factus eram vel fueram eras vel fueras erat vel fuerat. et pluraliter facti eramus uel fueramus eratis vel fueratis erãt uel fuerant. Futuro fiam fies fiet. Et pluraliter fiemus fietis fient.
Imperatiuo modo tempore præſenti fi fiat. Et pluraliter fiamus fite fiant. Futuro fito tu fito ille. Et pluraliter fiamus fitote fiunto.
Optatiuo modo tempore præſenti et præterito imperfecto vtinã fierem fieres fieret. Et pluraliteꝛ vtinam fieremus fieretis fierent. Præterito perfecto et pluſquamperfecto vtinam factus eſſem vel fuiſſem eſſes uel fuiſſes eſſet vel fuiſſet. Et pluraliter vtinam facti eſſemus uel fuiſſemus

eſſetis vel fuiſſetis eſſeut uel fuiſſent. Futuro vtinã fiam
fias fiat. et pluraliter vtiuam fiamns fiatis fiant.
Coniunctiuo mõ tp̄e præſenti cum fiam fias fiat. et plura
liter cum fiamus fiatis fiant. Præterito impfecto cũ fierẽ
fieres fiert. et pluraliter cũ fieremus fieretis fierent. Præ
terito perfecto cum factus ſim vel fuerim ſis uel fueris ſit
vel fuerit. Et pluraliter cũ facti ſimus uel fuerimns ſitis
vel fueritis ſint uel fuerint. Præterito pluſquãpfecto cum
factus eſſem vel fuiſſem eſſes uel fuiſſes eſſet vel fuiſſet.
Et pluraliter cũ facti eſſemus vel fuiſſemus eſſetis uel fu
iſſetis eſſent vel fuiſſent. Futuro cum factus ero vel fuero
eris vel fueris erit uel fuerit. Et pluraliter cũ facti erim⁹
vel fuerimus eritis uel fueritis erint vel fuerint.
Infinitiuo modo tempore preſenti et præterito imperfecto
fieri. Præterito perfecto et pluſquãperfecto factum eſſe uel
fuiſſe. Futurõ factum iri.
Gerundiis caret.
Supina factum factu.
Quot participia deriuantur ab hoc verbo: vnum. factus
facta factum.

Audeo quomodo declinatur:

Indicatiuo modo tempore p̄ſenti Gaudeo gaudes
gaudet. Et pluraliter gaudemus gaudetis gaudent. præ
terito imperfecto gaudebam gaudebas gaudebat. Et plu
raliter gaudebamus gaudebatis gaudebant. preterito per
fecto gauiſus ſum uel fui es uel fuiſti eſt uel fuit. et plu
raliter gauiſi ſumus vel fuimus eſtis uel fuiſtis ſunt fue
runt uel fuerẽ, preterito pluſquãperfecto gauiſus eram uel
fueram eras vel fueras erat vel fuerat. et pluraliter gaui
ſi eramus vel fueramus eratis uel fueratis erant uel fuerãt
Futuro gaudebo gaudebis gaudebit. Et pluraliter gaude
bimus gaudebitis gandebunt.

Imperatiuo modo tēpore pſenti Gaude gaudeat . Et plu raliter gaudeamus gaudete gaudeant . Futuro gaudeto tu gaudeto ille . et pluraliter gaudeamus gaudetote gaudēto

Optatiuo modo tempore preſenti et preterito imperfecto vtinam gauderem gauderes gauderet . et pluraliter utinā gauderemus gauderetis gauderent . preterito perfecto et pluſquāperfecto utinā gauiſus eſſem uel fuiſſem eſſes uel fuiſ ſes eēt vel fuiſſet . et pluraliter vtinā gauiſi eſſem⁹ uel fu iſſemus eſſetis uel fuiſſetis eēnt vel fuiſſēt . Futuro vtinā gaudeam gaudeas gaudeat . Et pluraliter utinā gaudea mus gaudeatis gaudeant .

Coniunctiuo modo tempore pſenti cum gaudeam gaude as gaudeat . et pluraliter cum gaudeamus gaudeatis gau deant . Præterito imperfecto cū gauderem gauderes gau deret . et pluraliter cū gauderemus gauderetis gauderēt Præterito pfecto cū Gauiſus ſim vel fuerim ſis uel fueris ſit vel fuerit . et pluraliter cū gauiſi ſimus uel fuerimus ſitis uel fueritis ſint uel fuerint . præterito pluſquāpfecto cum gauiſus eſſem uel fuiſſem eſſes uel fuiſſes eſſet uel fu iſſet . Et pluraliter cū gauiſi eſſem⁹ uel fuiſſemus eſſetis vel fuiſſetis eēnt uel fuiſſent . Futuro cū gauiſ⁹ ero uel fue ro eris vel fueris erit uel fuerit . et pluraliter cum gauiſi erimus vel fuerimus eritis uel fueritis erint uel fuerint .

Infinitiuo modo tpe præſenti et præterito imperfecto gaudere . Præterito perfecto et pluſquāperfecto gauiſū eſſe vel fuiſſe . Futuro gauiſum ire uel gauiſurum eſſe .

Gerundia gaudendus gaudenda gaudendum .

Supina gauiſum gauiſu .

Quot participia deriuant᷑ ab hoc verbo : Duo . vnum pre ſentis temporis gaudens . et alterum futuri gauiſurus .

Emini quomodo declinat᷑ :

Indicatiuo modo tempore præſenti et prrterito

perfecto memini meminiſti meminit . Et pluraliter me
minimus meminiſtis meminerunt vel meminere . Præ
terito imperfecto et pluſquamperfecto memineram me
mineras meminerat . Et pluraliter memineramus memi
neratis meminerant . Futuro caret .
Imperatiuo modo tempore preſenti et Futuro memento
tu . Et pluraliter mementote uos .
Optatiuo modo tempore p̄ſenti Et præterito pluſquam
perfecto vtinam meminiſſem meminiſſes meminiſſet . Et
pluraliter vtinam meminiſſem⁹ meminiſſetis meminiſſent .
Coniunctiuo modo tempore preſenti et preterito perfec
to cum meminerim memineris meminerit . et pluraliter
meminerimus memineritis meminerint . Præterito imper
fecto et pluſquamperfecto cum meminiſſem meminiſſes
meminiſſet . Et pluraliter cum meminiſſemus meminiſ
ſetis meminiſſent . Futuro cum meminero memineris :
meminerit . meminerimus memineritis meminerint .
Infinitiuo modo tempore præſenti præterito imperfecto
præterito perfecto et pluſquamperfecto meminiſſe .
Futuro . Gerundiis . Supinis . et Participiis caret .
Similiter declinat᷑ . Odi odiſti odit .
Noui nouiſti nouit .
Coepi coepiſti coepit .

DE IMPERSONALIUM DECLINATIONE.

Impersoālia que deriuāt᷑ a verbis in .o . ſigniſicāti
bus actionem quomodo declinant᷑ : In terciis tantum
perſonis hoc modo .
Indicatiuo modo tempore p̄ſenti amatur .
Præterito imperfecto amabatur .

Præterito perfecto amatum eſt vel fuit. Præterito pluſ quamperfecto amatũ erat uel fuerat. Futuro amabiť. Impatiuo mõ tpe p̄ſenti ameť. Futuro amator. Optatiuo modo tempore præſenti et præterito imperfec to vtinam amareť. Præterito perfecto et pluſquamper fecto vtinam amatum eſſet uel fuiſſet. Futuro vtinam ametur.

Coniunctiuo modo tempore præſenti cum ametur.

Præterito imperfecto cum amaretur.

Præterito perfecto cum amatum ſit vel fuerit.

Præterito pluſquamperfecto cũ amatum eſſet uel fuiſſet

Futuro cum amatum erit vel fuerit.

Infinitiuo modo tempore preſeuti et præterito imperfec to amari.

Præterito perfecto et pluſquāp̄fecto amatũ eſſe ud fuiſſe

Futuro amatum iri.

Erbo imperſonali indicatiuo modo tempore p̄ſen ti oportet.

Præterito imperfecto	oportebat.
Præterito perfecto	oportuit.
Præterito pluſquamperfecto	oportuerat.
Futuro.	oportebit.
Impatiuo mõ tpe p̄ſenti.	oporteat.
Optatiuo modo tempore præſenti et præterito imperfec to vtinam	oporteret.
Præterito p̄fecto et pluſquāp̄fecto vtinam	oportuiſſet.
Futuro vtinam	oporteat.
Coniunctiuo mõ tpe p̄ſeuti cũ	oporteat.
Præterito imp̄fecto cũ	oporteret.
Præterito p̄fecto cũ	oportuerit.
Pretrito pluſquāp̄fecto cũ	oportuiſſet.
Futuro cum	oportuerit.

Infinitiuo modo tempore præſenti et præterito imperfecto oportere. Præterito pfecto et pluſquampfecto oportuiſſe. Futuro caret.
Quot ſunt verba quæ in imperatiuo paciunt apocopen: quatuor. Dic. Duc. Fac. Fer.

DE PARTICIPIO.

Participium quid eſt: ē pars oracionis declinabilis: quæ ꝓ uerbo ponit: ex quo deriuat: genus et caſū habens ad ſimilitudinem nominis.
Quare dicit participium: Quia partem capit a nomine: partem a uerbo.
Participio quod accidūt: Sex. Genus. caſ⁹. tēpus. ſignificatio numerus et figura.
Quot ſunt genera participioꝝ: quatuor. maſculinum ut amatus. Femininum ut amata. Neutrū ut amatū. Omnē ut hic ⁊ hæc ⁊ hoc amans.
Amatus cuius generis: maſculini. quare: quia omne ꝑticipium deſinens in us eſt maſculini generis.
Amata cuius generis: foeminini quare: quia omne participium deſineus in. a eſt foeminini generis.
Amatum cuius generis: neutri quare: quia omne participium deſinens in um eſt neutri generis.
Amans cuius generis: Omnis. quare: quia omne participium deſinens in ns eſt omnis generis.
Caſus participiorū quot ſunt: Sex Nominatiuus geniti⁹ datiuus. accuſatiuus vocatiuus. et ablatiuus.
Quomodo declinant participia: ad regulam nominū: exceptis illis quæ naſcunt a uerbo quartæ coniugationis in eo quoꝝ genitiuus. ie: uocales in. eu. mutat. ut iens euntis: quiens queuntis: rediens redeuntis.
Quot ſunt numeri participioꝝ: Duo Singularis ut amās Pluralis ut amantes.

Quot ſunt tempora participioꝝ : quinꝗ. pſens et præteri
tum impfectum ſimul omniū participioꝝ in . ans . vel in
ens deſinenciū : ut amans et legens . præteritū perfectum
et pluſquāperfectū ſimul omniū pticipiorum ī . tus . ſus . et
xus . deſinentiū ut amatus : uiſus : nexus : et mortuus : qd
ſolū in . uus . terminat̄ . Futurū per ſe omniū pticipioꝝ
in . rus . et in . dus . deſinenciū ut amaturus et amandus .
Legens cuius temporis : præſentis et preteriti imperfecti .
quare : quia omne pticipiū deſinens in . ans . vel . in . ens
præſentis et præteriti imperfcti temporis eſt .
Amatus cuius temporis : præteriti perfecti et pluſquāpfec
ti . quare : quia omne pticipiū deſinens in . us . vel in . a .
vel in . um . d . vel . r . non antecedēte pteriti pfecti et pluſ
quam perfecti temporis eſt .
Lecturus et legēdus cuꝰ tpis : Futuri quare : quia quociens
cunꝗ participiū deſinit in . rus . vel in . dus . ē futuri tpis
Participia in . ns . deſinencia quomodo formant̄ a prima
perſona præteriti imperfecti indicatiui modi bam mutata
in . ns . ut amabā amans . excipiunt̄ in . eo . deſinēcia quar
te coniugationis iens quiens adiens .
Participium in . rus . quomodo format̄ : ab extremo ſupiō
addita . rus ut amatu amaturus
Participium in dus quomodo format̄ : a genitiuo ſui
præſentis participii tis ſyllaba mutata in dus
Participium pteriti tēporis quomodo format̄ : ab extremo
ſupino correpta u et addita s ut amatu amatus
Quot ſunt ſignificationes participiorum : quinꝗ Actiua
cum ab actiuo deſcendit participium ut ab amo amans
Paſſiua ut ab amor amatus Neutra ut a ſedeo ſedēs Cō
munis in utraꝗ ſignificatione : ut ab hortor hortatus .
Deponens ut a proficiſcor profectus Et profecturus .
A uerbo actiuo quot participia deſcendunt : Duo . in

in . ns . et in . rus . quando non carent ſupino .
A verbo paſſiuo quot deſcendũt : Duo vnum præteriti et
alterum futuri temporis in . dus .
A uerbo cõmuni quot participia deſcendũt : quatuor . duo
in actiua ſignificatõe in . ns . et in . rus ut criminãs et cri
minaturus . in paſſiua vnum in . dus . ut criminãdus . et
in cõmuni vnum p̃teriti perfecti et pluſquamꝑfecti tempo
ris ut criminatus .
A uerbo deponenti quot participia deſcendũt : Tria . unũ
in . ns . alterum in . rus et vnũ in . tus . p̃teriti ꝑfecti et
pluſquãperfecti temporis .
A uerbo neutro quot participia deſcendũt : duo ſicut ab
actiuo niſi ſint tranſitiua a quibus deſcendũt quatuor : ut
arans : araturꝰ : aratus : et arãdꝰ . Sũt tamẽ aliqua neutra
quæ tria in uſu habent ꝑticipia et ſũt hæc coenans : coena
tus : coenaturus : prandẽs pranſus pranſurus . placẽs placi
tus placiturꝰ . nubens nupta nuptura . aſſueſcens aſſuetus
aſſueturus . quieſcens quietꝰ quieturꝰ . carẽs caſſus caritu
rus . titubãs titubatꝰ titubaturꝰ . et neutro paſſiua quãdoq;
gaudens gauiſus gauiſurus . audens auſus auſurus ſolẽs ſo
litus ſoliturus . fidens fiſus fiſurus . fiens factus futurus :
differenciæ cauſa : ne ſi facturus dicamus a facio eſſe vide
atur . Sunt æciam alia patens paſſus paſſurus . moerens
moeſtus moeſturus . licens licitus liciturus . tacens tacitus
taciturus . iurans iuratus iuraturus .
Quæ ſũt quæ in formãdis ꝑticipiis duplicare uidentᷣ ſupi
num : Ortus oriturus . mortuꝰ morituꝰ . partus pariturꝰ
natus naſciturus . rutus ruiturus . fructus fruiturꝰ . ignotꝰ
ignoſciturus . lauo lauturꝰ . vel loturꝰ . Ouidius tamẽ dixit
lauaturꝰ . Sacra lauaturas mane poſcebat aquas .
Omnia verba quæ carent ſupinis ; carent ꝑticipiis quæ de
ſcendunt ab eis .

Quæ ſunt verba quæ carent ſupinis: Omnia meditatiua: inchoatiua: impſoālia: et pleraqꝫ in . uo . diuiſas ſyllabas Et neutra ſecundæ coniugationis faciencia p̄teritum in . ui diuiſas . p̄terea quecunqꝫ carēt p̄terito ut Ambigo: ſcando nideo: uergo: arceo: mando mandis: ſtrideo . Similiter gliſco: ſiſto: ferio: veſcor: medeor: reminiſcor .

Quæ ſunt verba neutra ſecūdæ coniugatōis q̄ quāuis præteritū in . ui . diuiſas faciāt: tamē habēt ſupina: noceo valeo: placeo: careo: pareo: liceo: oleo: taceo: torreo: doleo

Quæ ſunt quæ carent participiis præſentis temporis: odi noui: cœpi: et memini: quia præſenti carent quamuis veteres meminens dixerunt .

Quot ſunt ꝑticipia quæ duplicato ſupino dupliciter efferuntur: Salitus et ſalſus: ſoniturus: et ſoāturus: altꝰ: et alitus: Aſtitum et aſtatum . preſtitum et preſtatum .

Quæ ſunt quæ cū formā habeant participioꝝ quia tamen carent tempore ſemper nomina ſunt: Galeatus: ſcutatus pileatus: tunicatus manicatꝰ: calcigatꝰ: brachatꝰ: penulatus: bacchatus: paludatꝰ: prætextatus: trabeatꝰ: comatus: ſoleatus: criſtatꝰ . ocreatꝰ: aſtatꝰ: limatus . ſtellatus litteratꝰ . turritꝰ . politus . cornutus . aſtutus . hirſutus .

Quot ſunt figuræ ꝑticipioꝝ: tres . Simplex ut fractus . Compoſita ut efractus . Decompoſita ut efractio .

Quot modis in vim nominis trāſeunt participia: quatuor modis . Compoſitione . conſtrutōe . cōparatione . et tēporis amiſſione . Compoſitōe ſi dictōe adiungitur: quæ cū uerbo ſuo nō componit̄ . ut innocens . Conſtructione ſi non habet caſum qui a verbo requirit̄ . ut amās iuſticie . Cōparatōe cum comparatur . ut indulgens indulgencior . Temporis amiſſione ut amandus id eſt dignus amari .

Legens participium quomodo declinatur:

Nominatiuo hic ⁊ hæc ⁊ hoc legēs . Genitiuo huiꝰ legētis

Datiuo huic legenti. Accuſatiuo hūc et hāc. legentem et hoc legens. Vocatiuo o legens. ablatiuo ab hoc et ab hac et ab hoc legente vel legenti. et pluraliter nominatiuo hi et hæ legentes et hæc legencia. Genitiuo hoꝝ et haꝝ et hoꝝ legentiū. Datiuo his legentibus. accuſatiuo hos et has legentes et hæc legencia. ablatiuo ab his legentibus. Nominatiuo lectus lecta lectū. Genitiuo lecti lecte lecti Datiuo lecto lecta lecto. Accuſatiuo lectū lectæ lectum. Vocatiuo o lectæ: lecta lectū. Ablatiuo a lecto lecta lecto Et pluraliter nomīa tiuo lecti: lecte lecta. Genitiuo lectorum lectarum lectoꝝ. Datiuo lectis. Accuſatiuo lectos: lectas: lecta. Ablatiuo a lectis.

DE PRONOMINE.

Quid eſt pronomen: eſt pars oracionis declinabilis que pronomine proprio vniuſcuiuſqꝫ accipitur perſonaſqꝫ finitas recipit.

Pronomini quot accidunt: Sex: ſpecies. genus. numerꝰ figura. perſona. et caſus.

Quot ſunt ſpecies ꝓnominum: Duæ. Primitiua ut ego. Deriuatiua: vt meus.

Quot ſunt pronomina primitiua: Octo. ego. tu. ſui. ille ipſe. hic. is. et iſte.

Quot ſūt ꝓnomīa demōſtratiua: quatuor. ego: tu: hic: iſte

Quot ſunt ꝓnomina relatiua: duo. ſui. et is.

Quot ſunt ꝓnomina modo demōſtratiua modo relatiua: Duo. ille. ipſe.

Quot ſunt ꝓnomina deriuatiua: Septem. meus: tuus. ſuꝰ noſter. et veſter. noſtras. veſtras.

Quot ſunt genera ꝓnominū: quinqꝫ. maſculinū ut meus femininū: ut mea. neutrū: ut meū. Cōmune: ut qualis. Trium generꝝ. ut ego. tu. ſui.

Quot ſunt numeri ꝓnominū: Duo ſingularis ut ego: pluralis ut nos.

Quot ſunt figure ꝑnominū: Due Simplex: et Compoſi
ta: Simplex ut . is . Compoſita ut idem .

Quot pronomina componunt̃ per nominatiuos: tria . iſte
hic . is . iſte et hic ſecū cōponunt̃: ut iſtic iſtec iſtoc . is:
vero cū aduerbio demū componit̃ et fit idem: quod ſig
nificat is demum: id eſt iterum is .

Cum quot ꝑtibus oracionis componunt̃ pronomina: cum
quatuor . cū nominib⁹ . ut huiuſceōdi . eiuſmodi . iſtiuſmo
di . cū pronominibus ut iſtic meme: tete: ſeſe: cum aduerbiis
eccum: eccā: eccos: eccas: cum prepoſitione ut mecū: tecū
ſecum: nobiſcum: vobiſcum .

Quot ſunt perſone pronominū: Tres . pma ut ego . Se
cunda vt tu . Tercia ut ille .

Ego cuius pſone: prime . quare: quia omīa nomina et pro
nomina ſunt terciaꝝ perſonaꝝ exceptis ego quod eſt pri
me: et tu qđ eſt ſecundae: et vocatiuis caſibus aliorum
qui ſunt pſone ſecunde . perſone quomodo ſe concipiunt:
Prima tam ſecundā ꝙ terciā cōcipit . ut ego et vos et ille
fecimus . Secunda vero tantū terciā: ut vos et ille feciſtis
Tercia vero ſolam: ut iſti et illi fecerunt .

Quot ſunt caſus pronominū: ſex Nominatiuus . Geniti
uus . Datiuus . Accuſatiuus . Vocatiuus . et Ablatiuus

Quot pronomina habent vocatiuū: quatuor tu meus ,
noſter et noſtras

Quot ſunt modi declinacionum in pronominibus: quat
tuor . Primus modus eſt cuius genitiuus in . i . vel ī . is de
ſinit: et datiuus in . i .

Quot pronomina declinant̃ hoc mō: Tria ego tu ſui
Nominatiuo ego genitiuo mei vel mis datiuo michi actō
me . ablrō a me et pluraliter nominatō nos . gtō noſtꝛ uel
noſtri . datino nobis . accuſatiuo nos ablatiuo a nobis .

A genitiuo mei: deriuatur meus . mea . meum .

A genitiuo noſtri deriuat noſter. noſtra. noſtꝝ. et noſtras
Nominatiuo tu. genitiuo tui uel tis. datiuo tibi. accuſati
uo te. ablatiuo a te. Et pluraliter Nominatiuo vos. gtõ
veſtꝝ uel ueſtri. datiuo vobis. accuſatiuo uos. abltõ a uobis
A genitiuo tui deriuat tuus. tua. tuum.
A genitiuo veſtri: ueſter: ueſtra: ueſtꝝ: et ueſtras.
Genitiuo ſui. Datiuo. ſibi. accuſatiuo ſe. ablatiuo a ſe. et
pluraliter genitiuo ſui. datiuo ſibi. actõ ſe. ablatiuo a ſe.
A genitiuo ſui deriuat ſuus. ſua ſuum.
Secundi modi pnomina ſunt quæ genitiuũ ſingularem in
ius. terminãt: et datiuũ in. i. pter pnomen hic quod facit
datiuũ huic addita. c. ut differat ab hui interiectione.
Quot pronomina declinant hoc modo: quinqꝫ. Iſte. ille.
is. hic. et ipſe.
Nominatiuo ille. illa. illud. genitiuo illius. datiuo illi. ac
cuſatiuo illũ. illam. illud. ablatiuo ab illo. ab illa. ab illo.
Et pluraliter nominatiuo illi. ille. illa. genitiuo illoꝝ. illaꝝ.
illoꝝ. datiuo illis. accuſatiuo illos. illas. illa. abltõ ab illis.
Nominatiuo iſte. iſta. iſtud. genitiuo iſtius. datiuo iſti.
accuſatiuo iſtũ. iſtam. iſtud. abltõ ab iſto. ab iſta. ab iſto.
Et pluraliter nomĩatiuo iſti. iſte. iſta. genitiuo iſtoꝝ. iſtaꝝ.
iſtoꝝ. datino iſtis. actõ iſtos. iſtas. iſta. ablatiuo ab iſtis.
Nomĩatiuo ipſe. ipſa. ipſnm. genitiuo ipſius. datiuo ipſi
accuſatiuo ipm. ipſam. ipſum. ablatiuo ab ipſo: ab ipſa: ab
ipſo. Et pluraliter nominatiuo ipſi: ipſe: ipſa. genitiuo
ipſorum: ipſaꝝ: ipſorum. Datiuo ipſis. accuſatiuo ipſos:
ipſas: ipſa. ablatiuo ab ipſis.
Nominatiuo hic: hæc: hoc. genitiuo huius. datiuo huic:
accuſatiuo hũc: hanc: hoc. ablatiuo ab hoc: ab hac: ab hoc.
Et pluraliter nominatiuo hi: hæ: hæc. genitiuo hoꝝ: harũ:
hoꝝ. datiuo his. accuſatiuo hos: has: hæc. ablatiuo ab his.
Nominatiuo is: ea: id. genitiuo eius. datiuo ei. accuſatiuo

eum:eam: id. ablatiuo ab eo:ab ea:ab eo. Et pluraliter no
minatiuo ii: eæ: ea. genitiuo eoꝝ: earum: eoꝝ. datiuo eis.
accuſatiuo eos: eas: ea. ablatiuo ab eis.
Nomina quæ ſecundo modo pronominum declinant᷑ quæ
ſunt: Octo unus: totus: ſolus: alius: ullus: uter: alter: quis
vel qui: cum ſuis compoſitis.
Nominatiuo quis uel qui: quæ quod uel quid. gẽitiuo cu
ius. Datiuo cui. accuſatiuo quem: quam: quod. uel quid.
ablatiuo a quo uel a qui: a qua uel a qui: a quo uel a qui.
Et pluraliter nominatiuo qui: quæ: quæ. genitiuo quorũ:
quarũ: quorum. datiuo quis uel quibus. accuſatiuo quos:
quas: quæ. ablatiuo a quis uel a quibus.
Nominatiuo alius: alia: aliud. genitiuo alius. datiuo alii.
accuſatiuo alium: aliam: aliud etcetera.
Nominatiuo alter: altera: alterum. genitiuo alterius. Da
tiuo alteri etcetera.
Nominatiuo vterqꝫ: utraqꝫ: utrumque genitiuo utriuſqꝫ.
Datiuo utriqꝫ. accuſatino utrunqꝫ: utranqꝫ utrunqꝫ. abla
tiuo ab utroque ab utraqꝫ ab utroqꝫ. Et pluraliter nomĩa
tiuo utriqꝫ utræqꝫ utraqꝫ. genitiuo utrorunqꝫ: utrarunqꝫ
utrorunqꝫ. datiuo utriſque. accuſatiuo utroſque: utraſque
utraque. ablatiuo ab utriſqꝫ.
Nominatiuo neuter neutra neutꝝ. genitiuo neutrius. da
tiuo neutri. accuſatiuo neutꝝ neutrã neutꝝ. ablatiuo a
neutro neutra neutro et reliqua
Nominatiuo aliquis aliqua aliqͦd uel aliquid. gtõ alicuiꝰ
datiuo. alicui. actõ aliquẽ aliq̃ aliquod uel aliquid. abltõ
ab aliquo ab aliq̃ ab aliquo. Et pluraliter nominatiuo aliq̃
aliquæ aliqua. genitiuo aliquoꝝ aliquarũ aliquoꝝ. datiuo
aliquibꝰ. actõ aliquos aliquas aliqua. ablatiuo ab aliquibꝰ
Nominatiuo quidã quædam: quoddã uel quiddam. gtõ
cuiuſdã. datiuo cuidã. actõ quẽndã: quãdam: quoddã uel

quidā. ablatiuo a quodā: a quadā: a quodā: Et pluraliter nomiātiuo quidā: quædā: q̄dam. gtō quorundā. quarundā: quorundā. Actō quoſdā: q̄ſdam: q̄dam. ablatiuo a quibuſdā

Notandū q̄ īterrogatiua: īfinita: abnegatiua. diſtributiua relatiua: q̄n do caret demōſtratōe: caret ætiā vocatiuo caſu ut quis: q̄lis: talis: alius: null⁹: alter: uter: bini: et ſimilia

Tercii modi ꝓnomina ſunt quæ ꝑ omnes caſus ſequuntur declinationē mobiliū nominū declinationis ſecundæ.

Quot ꝓnomīa hoc mō declinant̄: quīq3. meus. tuus. ſuus noſter: et ueſter. Sed meus ī vocatiuo cū deberet facere o mee: duas. ee: breues in. i. longā cōuertit: et facit o mi.

Nominatiuo meus. mea meum. genitiuo mei. meæ: mei: Datiuo meo: meæ; meo. accuſatiuo meū meam meū. vocatiuo o mi. mea. meū. ablatiuo a meo: mea: meo. Et pluraliter nominatiuo mei meæ mea. genitiuo meoꝝ mearum meorū. datiuo meis. accuſatiuo meos: meas: mea. vocatiuo o mei meæ mea. ablatiuo a meis. declinat̄ ß

Nominatiuo tuus tua tuū. eodē modo caret vocatiuo.

Nominatiuo ſuus ſua ſuum. noſter noſtra noſtrū. veſter. ueſtra ueſtrum. eodem modo.

Quarti modi ꝓnomina ſunt: quæ per omēs caſus ſequunt̄ tertiam declnationem: ut noſtras: et veſtras: quæ antiqui ætiam in nominatiuo dicebant noſtratis et veſtratis: ideo circunflectunt̄: quia ſunt per ſyncopen dicta.

Noīatō hic ⁊ hæc ⁊ hoc noſtras. genitiuo hui⁹ noſtratis Datiuo huic noſtrati. accuſatiuo hunc ⁊ hanc noſtratem: et hoc noſtras. vocatiuo o noſtras et o noſtrate. ablatiuo ab hoc ⁊ ab hac ⁊ ab hoc noſtrate uel noſtrati. Et pluraliter noīatō hii ⁊ hæ noſtrates ⁊ hæc noſtratia. genitiuo hoꝝ et harum et hoꝝ noſtratiū. Datiuo his noſtratibus accuſatiuo hos ⁊ has noſtrates et hæc noſtratia. vocatiuo o noſtrates et o noſtratia. ablatiuo ab his noſtratibus.

Nominatiuo hic et hæc et hoc veſtras. genitiuo huius ueſtratis. Datiuo huic ueſtrati. et reliqua

DE PRAEPOSITIONE.

Quid eſt præpoſitio: Eſt pars orationis indeclinabilis quæ aliis partibus orationis in appoſitione uel compoſitione præponitur.

Præpoſitione quot accidunt: vnum. quid: caſus tantum

Qui caſus accidũt pꝑoſitioni: Accuſatiuus et ablatiuus

Quæ ſunt pꝑoſitiones ſeruiẽtes accuſatiuo caſui: Ad apud ante. intra. aduerſus. uel aduerſum. cis. citra. circũ. circa. cõtra. erga. extra. inter. intra. infra. iuxta. ob. pone. per. ꝓpe propter. ſecũdum. poſt. trans. ultra. ſupra. præter. circiter. uſque. ſecus. penes: Dicimus enim ad patrem. apud villam. ante. ædes. aduerſum. inimicos. cis. rhenum. citra. forũ circũ vicinos. circa. templũ. cõtra. hoſtem. erga ꝓpinquos. extra terminos. inter naues. intra moenia. infra tectũ. iuxta macellũ. ob auguriũ. pone tribunal. per parietem. ꝓpe feneſtrã. ꝓpter diſciplinã. ſecundũ fores. poſt terga. trans ripam. ultra fines. pter offitiũ. ſupra cælum. uſqꝫ occeanum penes arbitros. circiter annos.

Quæ ſunt pꝑoſitões ſeruiẽtes ablatiui caſui: A. ab. abs. cũ corã. clam. de. e. ex. pro. præ. palã. ſine. abſqꝫ. tenus. Quomõ Dicimus. n. a domo. ab hoĩe. ab hoſte. abs te. cum exercitu. corã teſtibus. clam cuſtodibus. de fore. e iure. ex pꝛfectura. ꝓ clientibus. præ timore. palam omnibꝰ. ſine labore. abſqꝫ iniuria. tenus pube. quod nos dicimus pubetenus.

Quæ ſunt pꝑoſitiones vtriqꝫ caſui ſeruientes: In ſub. ſuper. et ſubter.

Quando accuſatiuo caſui ſeruiũt: quãdo uel nos uel quoſlibet ad locum ire iſſe uel ituros eſſe ſignificamus.

Quando ablatiuo: quando nel nos uel quoſlibet in loco eſſe. fuiſſe. futuros. eſſe ſignificamus. In accuſatiuo caſui;

itur in antiquam ſiluā. In ablatiuo caſui: ſtans celſa ī pupi Sub accuſatiuo caſui: poteſq; ſub ipos nitūť gradib⁹. Sub ablatiuo caſui: Arma ſub aduerſa poſuit radiātia quærcu. Quæ ſūt ꝓpoſitiones quæ dumtaxat ī compoſitione reperiunť: Di. dis. re. ſe. am et con. Quomodo dicimus enim diduco. diſtrabo. recipio. ſecubo. amplector. congredior. Quæ ſunt que componi non poſſunt: Apud et penes. Quæ coniunguntur et ſeparantur: Reliquæ omnes. Quot ꝓpoſitiones deſinūt in x: Vna tantum quæ eſt ex et nulla alia ps orationis deſinit in x ꝑter nomina et uix et mox et pax aduerbium comicum.

DE ADVERBIO.

Quid ē aduerbiū: Eſt pars orationis indeclinabilis quæ adiecta uerbo ſignificationem eius explanat atq; implet.

Quare dicitur aduerbiū: q2 ſtat ad uerbū hoc ē iuxta uerbum. Aduerbio quod accidūt: tria. quæ: ſpecies. ſignificatio. et figura.

Quot ſunt ſpecies aduerbiorum: Due. Primitiua. ut ſepe. deriuatiua ſepiſſimæ.

bia: q̄ cōſtitutæ ſunt habitādi cā. Prædia ſcribit Vlpianꝰ
dici nō ſolū ea q̄ ſunt in oppidis ſed ætiā ſtabula: aut alia
meritoria in uillis et in uicis. Agri cōtinent fundos: non
cōtinent̃ a fundis: ſūtq̃ ſimul cū illis: unde multi Senato
res in agris uixerūt. Differt autē ager ab aruo: quod aruū
eſt in quo aliquid ſerit̃. Saluſtius: Quia numidæ pabu
lo pecoris magis q̄ꝫ aruo ſtudent. Fundus ut dixi minus

Quid de fundo

eſt q̄ ager. Nam prata. uineæ orti. oliueta ſalicta. arbu
ſta pomaria. paſqua. nemora. loca aucupatoria. uenatoria.
piſcatoria. ſūt ꝑtes agri et ſingula ſinguli fundi ſūt. In
urbe autē ſiue oppido: ſiue uico: ſiue caſtello: tātūmodo
prædiū eſt: quicquid his quæ diximꝰ ſimile eſt: Eandem
ætiā i agro. ꝑ̄dia ſūt. unde dicere poſſumus: ꝙ fundus
eſt poſſeſſio ruſtica: ꝑ̄dium et ruſtica urbana. Fundꝰ autē
ut aliqui putāt dicitᷣ a fūda: ꝙ tātū cōtineat quātū fū
da lapidē iactaret. Dicitᷣ autē fūdus et fūdū. hinc fūda
metum dicitᷣ: et fundo fundas. Differunt autem fundare
et fūdamenta iacere. Siquidem fundare eſt firmare aliquid
et ſtabilire: Ut recte funda domū tuā. Iacere autē fuuda
mēta eſt qualecūqꝫ principium ædificii facere.
Eſt differētiæ aliquid inter una et ſimul: Simul aliquādo
geminatū repitᷣ apud bonos autores: excepto Cicerone et
habet fere eam ſignificationē q̄ habet tum: de quo uerbo
paulo ante diximus. Quintilianus ſimul ut pleniori ob
ſequio demererer amātiſſimos mei: ſimul ne uulgarē uiam
ingreſſus alienis demum ueſtigiis inſiſterē. Cicero ſemel
tantū quātum ego inueni una ꝓ ſimul uſus eſt: in Verrē
Una et id qđ̄ ſatio probabit: una et in hac cauſa profecto
neminem ꝑ̄ponendū mihi eſſe exiſtimabit. Simul quando
nō eſt geminatū ponitᷣ aliquādo ꝓ pariter. Quintilianus
Homo fortis ſimul et ſapiēs: id eſt ac pariter ſapiens. Ci
cero pro Roſcio. Perditiſſimi eſt igitur hominis ſimul
et amicitiam diſſoluere et fallere eum: qui læſus nō eſſet:
niſi credidiſſet. Cum autē ſimul ſignificat in ſimul nichil
differt ab una aduerbio.
Prædiolū q̄le nomē ē: Diminutiuū. Ponūtᷣ autē aliq̄ndo
diminutiua neceſſitatis cā ut ſi ueli exprimere ꝑuū puer
dicā puerulū. Interdū humilitatis ut ſi uelim dicere res
meas dicā reculas. Interdū cauſa contēptus ut cū hominē

uocamus homūtionem : aut homullū: aut homullulū : In
terdum ætiā utimur diminutiuis quaſi blandictis . ut ego
hoc loco fæci cū dixi prædiolis : et pomariolis : et ouicnlis
pro prædiis : et pomariis: et ouibus. Sic Cicero blādicu
lā ſpē uocitat . Sic Plautus ſæpe corculū dicit et animulā
et molliculū caſeum : pro corde : et animo : et molli caſeo .
Hic notandū eſt ꝙ ſūt aliqua noīa quæ diminutiua uiden
tur : et nō ſūt . Diminntiua enim ſunt quæ diminutionē
ſignificāt. ut corculū . corpuſculū . paſſerculus . mendatiū
culū : lucubratiuncula : recula et ſimilia . Quæ uero non
ſignificāt diminutionē ſūt iſta . Auunculus qui eſt nō par
uus auus : ſed frater maris. Cuniculs animal . Muſculus
nō paruus mus : ſed oſſis genus ī iūcturis . Pediculus ſiue
pedūculus animal . Cuculus auis. Circercula nomē legumi
nis . Nouacula culter tōſoris . Anticulus annicula . lum
ut annicul⁹ puer : a ānicula puella : anniculū mācipium : id
eſt unius āni : ſicut bin us : trinus : q̄drin us : duoꝝ : triū :
quattuor annoꝝ . Nec de animalib⁹ tantū dicunť : ſed
ætiā de īanimatis . ut āniculū uinū: bimū oleū . Ridiculus
a . um . id ē dignū riſu . Et uernaculus . a . um . id eſt do
mi noſtræ natū . Sūt præterea multa neutra . ut umbra
culum cænaculū : crepuſculū : uinculum : amiculū : ꝑ quodaꝫ
genere amict⁹ īſtar pallii . Curriculū ꝑ curſu . et ꝑ loco ī
quo curriť : nōnūꝗ̄ ætiā ꝑ curru . ut Curſi⁹ . Alioꝝ tamē
acti equi non modo in uoragines lacunaſqꝫ : ſed ætiā in ani
nem ꝑ̄cipitauere curricula . Cubiculū quod non eſt dicen
dum diminutiuū eſſe : cū in cubiculo ſit cubile . Conuenti
culū pro conuentu . ut Cicero . Tum conuenticula homi
num quæ ciuitates nominauerunt . Bacculus quod non eſt
diminutiuum : ſed habet diminutiuū bacillū : reperiť ætiam
baculum neutri generis . ut Ouidius libro . xv . eſſe ſolet
baculum ꝗ tenens agreſte . Notandum ætiā ꝙ ſunt aliqua

Corculū idest ꝑuū corpꝰ
et animula idest parua aīa

Recula ꝑua res

Aliqua ſt diminutiua recte formata q̃ ſignificatõ diſ ſentiunt a ſuo primitiuo

diminutiua recte formata : que tamen in ſignificatione diſ
ſentiũt a ſuo primitiuo . ut a menta . quæ eſt herba reddens
odorẽ fit mentula : quæ ſignificat uirilia . Ab os oris fit
oſculum : qđ ſignificat baſiũ . Ab acu q̃ ueſtes ſartiunť fit
acicula : qua mulieres utunť ad capitis ornatũ . Ab angue
ſerpente fit anguilla piſcis . Ab aure fit auricula : quæ non
ſignificat aurem brutoꝝ ut quidã indocti dicũt : ſed carri
laginem illã quæ eſt circũ auriũ concauitatẽ . Et fidicula
hoc eſt cordula ſiue neruulus citharæ fit a fide : que ut Fe
ſtus Pompeius inquit eſt genus cithare . ita dicta ꝙ tãtũ
iuter ſe corde eius : quantũ inter homines fides concordet .
Quia mentio facta eſt de conuentu Scieudũ ẽ nõ abſurde
uocari a noſtris cõuẽtus religioſoꝝ : utputa cõuentus mino
rũ : cõuẽtus heremitaꝝ . Verum id uocabulũ non domum
ſiue habitaculũ ſignificat : ut uulgus ſentit : ſed ipſam con
uentionẽ et cõgregationẽ religioſoꝝ : hoc eſt ipſos religio
ſos . ut ego habui orationem in cõuentu religioſorum homi
num : id eſt in congregatione et quaſi corona religioſorum
quod ſignificatũ habet eccleſia apud Græcos Sed ignari
homines quemadmodum nomen conuẽtus tranſtulerunt ad
habitacula religioſoꝝ uiroꝝ : ita nomen eccleſie quod con
tionem ſignificat ad templa : Templũ enim ſiue edes ſacra
ſiue edes in ſingulari diciť locus deo dicatus : non eccle
ſia . Sed errãt in hoc ut in aliis pleriſqꝫ ; quippe clauſtrũ
barbare dicũt pro atrio : ſacriſtiam pro ſacrario : benefiti
um pro ſacerdotio : de iure patronatus ꝑ gentilitio : obſer
uantiam pro obſeruatione : miſſam : pro ſacrifitio : cõfiteor
pro audio confeſſiones cõfeſſorem pro auditore cõfitẽtium
indulgẽtiam pro uenia : præterea iſopum pro iſopo : ere
mum pro eremo ſine aſpiratione : characterem pro cha
ractere : Iacobum pro Iaccobo : Mariam pro Maria : luciã
pro Lucia : idolum pro idolo ; idolum pro idolio ;

Idolatriam pro idolatria: Iosephū pro Iosepho. Salomonē pro Salomone: adamantinū pro adamantino: christallinum ꝓ christallino: cedrinū: pro cedrino: mirrinum ꝓ mirrino et alia huiuſmodi ꝑmulta.

Pomariolum ſimiliter diminutiuū eſt a pomariū. Eſt autē pomariū locus pomis cōſitus: ſiue locus in quo poma reponūt̄. Quod ſit locus pomis cōſitus teſtatur Ouidius. Id metuens ſolidis pomaria clauſerat atlas Moenibus. Q̄d autem ſignificet locum ad reponendū poma certum eſt. Sic enim dicimus tabularum ī quo tabulæ hoc eſt inſtrumenta et litteræ reponunt̄ ſacra. Erarium repoſitorium eris. Armarium ubi reponunt̄ libri. Armamentarium ubi reponunt̄ arma cæteraq; huiuſmodi.

Pomerium eſt ne idē ꝙ pomariū: Minime Siquidē. T. Liuius ſcribit pomeriū eſſe locū apud muros urbis ſiue oppidi tam intra ꝙ̄ extra: in quo ædificare nō licet; dictū pomeriū q̄ſi poſt moeniū: hoc eſt poſt moenia.

Ouiciale ſimiliter diminutiuū eſt: hoc ē paruæ oues. Vbi cauendum eſt ne incidamus in errorē aliquoꝝ qui dicunt pecudes et oues idem ſignificare et hanc differētiam inter pecus pecudis femininū et pecus pecoris neutrum: quia pecus pecudis eſt quæ dat nobis agnos lanā et lac: pecus uero pecoris ſignificat omne animal: quod hūana caret fatie Pecus pecudis et pecus pecoris nihil differūt. Significāt autē omne aīal: quod ſub imperio hominū e pabulo terræ paſcitur. ut bos: equus aſinus. mulus. camelus. Et hæc omnia armēta fatiūt quanq̄ aliqui dicāt armenta dūtaxat boū eſſe ab arando dicta aramēta: deinde ſublata tertia littera armēta. Præterea ouis quæ marē feminamq; ſignificat: capra cū q̄ caper ſiue hircus. porc⁹ et porca. unde fiūt greges. Ouidius. Mille greges illi: totidemq; armētaꝝ herbas: paſcebāt. Virgilius. Hoc ſatis armentis ſuꝑat pars

altera curæ : Lanigeros agitare greges. Idem tamen de ceruis dixit : hos tota armẽta ſequunt᷑. et de bobus greges : aut aliquam in magno ſequit᷑ grege. Cicero ætiã in philippicis dixit : cecidit greges armentorũ : quaſi grex ſit generalius nomẽ : armentũ uero ſpetialius. Hæc igit᷑ oĩa et pecudes et pecora dicunt᷑. Significat tamẽ nõnunq̃ pecus pecoris multitudinẽ pecudũ gregaliũ potius q̃ armentalium Virgilius. Dic mihi Dameta cuiũ pecus : an Melibei : Infoelix o ſemp ouis pecus. et alibi. Caprigenumq; pecus nullo cuſtode per herbã. Significat tamẽ aliquando pecus pecoris oues Quinti. Cur in uſum ueſtiũ ſæpe pecori lane detrahunt᷑. Præter pecudes q̃drupedes feræ ſunt : licet ꝓprie dicant᷑ feræ : quæ manſuefactæ nõ ſunt. q̃ uero ſunt manſuefactæ dicunt᷑ cicures ut canis : elephas ſiue elephantus ad bella domitus. aper. onager. ceruus. capreolus. dama. caprea. leo. et quicquid deniq; cicurari poteſt. Cicurare ut Varro inquit ẽ manſuefacere. q̃ enim feræ cõtrarium eſt cicur dicit᷑. et ideo dictũ eſt cicur ingeniũ habeo hoc eſt manſuetum. A cico autẽ dictũ cicur uidet᷑. Cicũ dicebant ueteres membranã tenuem quæ eſt in malopunico. Cicero in Tuſculanis hanc Varronis opinionẽ confirmat cũ ait. Nam aliæ ſũt feræ aliæ cicures. aliæ natãtes. Aliæ uolucres. Illud poſtremo notandũ q̃ bos cõprehẽdit ætiã thaurũ et uaccam. Equus et caballus differunt : quia caballus dicit᷑ potius qui aſinariã artem exercet Mulus ꝓprie dicit᷑ : qui generat᷑ ex aſino et equa. Nã qui ex equo et aſina gignit᷑ hinulus appellat᷑ : q̃uis aliqui burdonẽ nominẽt. Camelus cõmunis generis eſt : et tamẽ nunq̃ in fæminino reperit᷑ : quẽadmodũ bos. ut Virgi. Ille meas errare boues. q̃ nõ eſt mirandũ cũ lupus apud ueteres in fæminino genere reperiatur : q̃uis fæmininum habeat lupa.

Cicurare ẽ mãſuefacere

Nomodo eleganter dicetur. Coglieria con teco de le herbette : togleria de luua . Recogleria de pomi ſeria pſēte a la uindēia : ueria a uedere el torchio: Guſtaria el uino nouo del canale ne me guardaria da quelle coſe che ſole fare cōmunamente ogniomo iu queſto tempo : Legerem tecum oluſcula decerperem uuas : colligerē poma : adeſſem uindemiæ : inuiſerē torculū: muſtū de lacu deguſtarē : nec acæteris quæ agere fere oēs hoc tempore cōſueuerunt abſtinerem.

Legere interdū ſignificat ΑΝΑΓΙΝΩΣΚΕΙΝ . ut lego librū lego Priſcianū . Vnde fit frequentatiuū lectito . Interdū legere eſt colligere . ut hoc loco . Et Virgilius . Qui legitis flores : et humi naſcentia fraga . Legare uero eſt mittere : ſiue in teſtamento relinquere . Vnde dicunt legati : hoc eſt oratores . Et legata hoc eſt quæ in teſtamēto relinquūt. et legatarii qui relinquūt.

Legare · ē · mittē ſiue ī teſtamēto relinq̄re ·

Quando cōponitur cum per fit perlego . Eſt autē plegere uſq; ad finē legere . Lactantius . nō iniuſte uideor petere. ut ſi quis erit qui inciderit in hæc : ſi legit plegat . Sic differūt ſcribere et pſcribere . vnde dicimus abinitio ſcribā : et ab initio ad finē uſq; pſcripſi . Sic pferre eſt uſq; ad cōſtitutum ferre . Cicero . Sed nūtius ille qui litters coepit : ut ferret : nō pertulit . Seneca in tragoediis leue eſt miſerias ferre pferre eſt graue . Id eſt leue eſt per aliquod ſpatium tēporis eſſe in miſeriis : ſed in his uſq; ad uitæ finem pſeuerare intollerabile eſt . Sic Martialis . Nam uigilare leue eſt . puigilare graue . hoc eſt partem noctis uigilare leue eſt . totam uero noctem inſomnē ducere : graue : unde idem eſt peruigilare et pnoctare : niſi q illud et noctu et interdiu fit : hoc tantum noctu .

Agere reum : eſt accuſare . peragere reum eſt condemnare Dicit' autē accuſator reum condemnaſſe : quando eum

condemnādum curauit. Perorare eſt orandi finē facere. unde peroratio dicit̃.
Perſuadere eſt ſuadendo in opinionē ſiue in ſententiā tuā inducere. Suadere enim et diſſuadere in actu eſt pſuadere in effectu: unde male dicūt quidam. Diſſuaſi hoc illis pro reuocaui eos ab opinione: Debet .n. dici: perſuaſi eis ne facerent: ſicut ecōtrario dicimus pſuaſi eis ut facerent. quare et ſuaſor dicit̃: qui aliquid ſuadet aut diſſuadet etſi nihil perſuadeat. Permanere eſt ad finē uſq₃ manere. Plymus tūc demū lente cunctanterq₃ ueniunt nec tamē permanent: ſed ante finem recedunt. Componitur ætiā lego primæ cōiugationis cum ab et fit ablego qđ eſt expello ſiue tranſmitto. Componit̃ ætiā cum de: et fit delego. eſt autē delegare aliquid faciendū adminiſtrandum ue iniungere. ut pontifex delegauit mihi hāc prouinciam. Imperator delegauit mihi hanc curā. Quando autem lego eſt tertiæ coniugationis fit deligo; quod eſt eligo: qđ ſimiliter ex e et lego cōponitur. Cū di ætiā cōpoſitū fit diligo: quod idem ſignificat. Relego ſi a lego tertiæ coiugationis cōpoſitū ſit ſignificat rurſ⁹ lego. ſi a lego legas: ſignificat in exiliū mitto ut Galba multos ex ciuibus relegauerat. Cū cōlego legis cōpoſitum fit colligo. ut colligo poma. Si uero lego legas cū con componat̃ fit collego: id ē ſimul mitto: unde qui in eadē legationē ſimul mittunt̃: uel quibus aliqđ mutuis ſimul delegatū eſt collegæ dicunt̃.
Quæ differentia eſt inter eligo et deligo: Deligere eſt magis idoneum ad rem agendam ſecernere. ut populus Romanus delegit hunc ſibi Imperatorem. Imperator delegit ſibi hos milites. nō autē elegit quia uiriq₃ ad bellū gerendū ſecernunt̃. Eligere uero eſt ad noſtℽ emolumentū: uel ad eius qui eligit̃ dignitatē: ut eligo mihi domum eligo michi equum. Et notandum qđ deligo accuſatiuum requirit ſine

præpoſitõe .ut populus Romanus delegit Cæſarẽ Impera
torẽ. Eligo uero regit duos accuſatiuos: alteꝝ cũ præpo
ſitione. ut populus Romanus elegit in principẽ ſibi Octa
uium. Cicero quos Cæſar in ſenatũ elegerat. Inter pares
ſiue collegas eligere dicit᷑ cooptare. T. Liuius. M. Furius
Camillus dictator magiſtꝝ equitũ Lutiũ Emiliũ coaptat
Cicero in Brutto: A quo in collegiũ augurũ fuerã coapta
tus. Dicimus autẽ agere delectũ: et facere delectũ: et habere
delectum: quæ a deligere hoc differunt: ꝙ deligimus ætiã
unum: facere uero uel habere delectum ſemper ad mul
ta refertur.

Tecũ cur dicimꝰ potiꝰ ꝗ̃ cũ te: ita ætiã mecũ ſecũ nobiſcũ
et uobiſcũ: Iſta tria ꝓnoĩa mei tui et ſui ita ĩ pleriſqꝫ ſimi
lia ſũt. ut quicquid uni cõuenit: alia duo exigere uideant᷑.
unde cũ tecũ nõ ſine ratione dicat᷑ potius ꝗ̃ cũ te: cætera
ætiã q̃ſi quadã ſotietate eodẽ mõ ĩ oratione collocari uolu
erunt. Tecũ aũt ideo dicit᷑: quia ſi huic ꝓnomini ꝑponeret᷑
cũ ĩ gtõ plurali: fieret cacophaton: qđ uiciũ in epiſtolis
et in omni oratione ſoluta maxĩe uitandũ eſt eẽtqꝫ longe
turpius cacophaton ꝗ̃ illud Virgilii. numeꝝ cum nauibus
equat. Ceteꝝ obtinuit uſus ut etiã qui cũ diceremꝰ ĩ abltõ
caſu: ꝓpter ſupradictorũ monaſyllaboꝝ ſimilitudinem.

Uua et poma quid ꝓprie ſignificãt: Quid una ſignificet
manifeſtũ eſt. Illud autem notãdũ: quod inter Acina: et
Baccas. et poma. et Nuces differentia eſt. Acina inter
fructus minores arboꝝ fructicũ ue denſius naſcunt᷑. ut ſunt
uua. que cũ acerba eſt. omphatium dicit᷑. Unde oleũ om
phatium. hoc eſt ex uua acerba factũ. Itẽ grana edere:
grana ſambuci. grana ebuli grana mali moꝝ et quicquid eſt
ſimile. Inter baccas uero ſunt fructus lauri oliue. myrti
lentiſci: et ſimiliũ. Quæ ſupra hæc ſũt poma dicunt᷑: quibꝰ
dũtaxat ueſcimur. Ut ſunt ceruſum: ſiue ceraſiũ: prunum

meſpilū. Caſtanea uero in nuces refert᷑. ut Virgilius Caſtaneaſq; nuces. Sicut pinus. curilus. Amigdalus iuglans et his ſimilia.

Muſtū qđ ꝓprie ſignificat: Muſtus. ſta. ſtum. idē ē qđ nouus noua nouū. Plautus muſtā iuuencā appellat: ideo dictū ē uinū muſtū: id ē nouū: poſtea inualuit uſus: ut muſtū ſine uino diceremus: q̄ſi muſtū ſubſtantiuū eēt nō adiectiuū: quemadmodū merus. ra. rum: ſignificat ſolum Vnde merula dicta ē: q̄ſi auis ſolitaria: et merū uinū dicitur: quādo ſolū eſt: hoc ē ſine aqua. Obtinuit tamē uſ⁹ ut quādo meꝝ dicimus uinū intelligamus. ut mero ingurgitatus hoc eſt uino ingurgitatus. Quin etiā cū dicamus uinū meratius: hoc eſt magis puꝝ: qđ uernacula lingua dicimus. Piu mondo: et uinū lymphatius in quo plus aque ē: qđ eadē lingua dicimus. Piu adaquato. nihilominus etiā ſine uino utrūq; dicimus: et uinū intelligimus. ut ego meratius bibo q̄ tu; hoc eſt magis puꝝ uinū q̄ tu: et tu limphatius bibis q̄ ego; hoc ē uinū magis aqua temperatum q̄ tu bibas.

De lacu: hoc eſt ex lacu: dicit᷑ enim de uia te allocut⁹ ſū: hoc eſt ex uia. de lacu ad me aqua deuecta eſt: hoc ex lacu Dicit᷑ autē lac⁹: loc⁹ ille ī quē tortis uuis uinū decidit. Itē audiui de patre meo: id eſt audiui ex patre meo: quæſiui te de ianua hoc eſt ex ianua. Sed notandum q̄ de uia in aliū quoq; ſenſum accipit᷑. Cicero: cunq; de uia languerē et mihimet diſplicerē. Et alibi: niſi de uia feſſus eēt; q̄ſi de laboræ uiæ. Hic. n. uia ſignificat iter: hoc eſt actionem ambulandi: illic ſignificat locum quo ambulamus.

Nec a neq; dicit᷑ ꝑ apocopen. q. enī idem eſt qđ. c. u. itaq; ablatis ex fine. u. et. e. remanet nec. Significāt aūt hæ duæ cōiunctiones et nō ut ego nō ſcribo nec uel neq; tu ſcribis hoc eſt et tu nō ſcribis. Interdū nec capit᷑ ꝑ nō etiam. ut

Quintilian⁹: Perſolui gratia nō pōt: nec malo patri: hoc eſt nec etiā malo patri. Nota quatenus ad elegantiā ſpectat ꝙ.et.et neqꝫ aliquādo cōfundūt. ut et diſcere uis: nec tamē ſtudes: itē nec ſtudes: et tamen uis diſcere. Item et diſcere nō uis: et tamen ſtudes. Itē et ſtudes nec diſcere tamē uis. Nec et neqꝫ ſequente .n. aut uero ꝓ ſimplici nō ꝑpoſita negatōe accipiunt. Idem.n.ſunt. Nec enim lego: et nō enim lego. Neqꝫ uero dixi: et non autē dixi.

Cōmunamēte ogniomo. Caue ne dicas cōmuniter oēs: ſed fere oēs. Cōmuniter enim nō ſignificat fere. ut uulgus accipit: ſed pariter ita oēs. ut cōmuniter in hāc rem cōcurrerunt: id eſt pariter oēs in hāc rem cōcurrerunt.

Fere quid proprie ſignificat: Aliquādo idē qđ pene hoc eſt paululū abfuit quin. ut fere cecidit: id eſt parū abfuit quin caderet. aliquādo ſignificat quandā uniuerſalitatem rei uel temporis uel loci ut fere hoīes ita loquunt: id ē fere oēs hoīes ita loquunt. Fere utor hac ueſte: id eſt quaſi omni tempore et omni loco utor hac ueſte. Romani fere orbē ſubegerūt: hoc ē Romani quaſi totū orbē ſubegerunt. Temere oēs fere docti poſt Ciceronē: ꝓ fere acceperunt Quintilian⁹. Illud ingenioꝝ uelud precox genus nō temere unꝙ ꝑuenit ad frugē ꝓ nō fere unꝙ.

Omnis diſtributiua dictio eſt: et complectit quicquid ſubſtantiuo eſt cui cōiungit: uerbi gratia omnes homines: id ē quicquid hominum eſt. omne pecus id eſt quicquid eſt pecoris. Sed diligenter animaduertendū ē ne incidamus in multorū errorem: qui dicūt quilibet omnem ſignificare: et ſimiliter dictionē diſtributiuam eſſe: uolūtqꝫ quilibet homo currit: et nullus homo currit contraria eſſe. Sed omnis homo currit: et nullus homo currit non eſſe contraria: eo ꝙ plus ſignificet omnis homo currit ꝙ̄ nullus homo currit: ſiquidē oīs homo currit tā mares ꝙ̄ fœminas

hoc eſt omne humanũ genus complectitur : nullus homo
currit dũtaxat mares . In utroq; ſane pueriliter fallũtur:
qui ita ſentiunt nam et omnis homo et nullus homo pla
ñe contraria ſunt. nec obſtat ꝙ oĩs communis generis ſit :
nullus tantũ maſculini. Siquidem nullus homo omne ge
nus humanũ complectitur . et nullus bos omne genus bo
uinum : cũ homo et bos cõmunis generis ſint et dictio di
ſtributiua nõ impediat quominus tã mares ꝙ̃ fœminas ſig
uificet . Eodẽ enim mõ dicit̃ nullus homo currit : ac ſi di
ceret̃ : nullus homo ſiue mas ſiue foemina currit . nullus
bos ſiue mas ſit ſiue foemĩa arat . Quilibet uero nõ diſtri
butiua dictio eſt : ſed particularis : ſignificat enim unũ ex
multis ĩdeterminate : ut ſi mnlti ſint hic mecũ pugnaturi
dicam prodeat quilibet : et mecũ certet : hoc eſt prodeat
unus quicũq; ille ſit . Quintilianus . quarum nos una res
quelibet nihil intermittentes fatigaret . adeo facilius ẽ: mul
ta facere ꝙ̃ diu : Hieronimus . Ad unũ quemlibet filioꝝ
Aron . Hic ſimiliter notãdũ ẽ: ꝙ aliquis et quidã differũt
Aliquis enim ꝑticularis dictio eſt : et ſignificat aliquẽ ĩcer
tum . ut ſi dicam : aliquis pulſauit hoſtiũ: hoc eſt hõ aliquis:
quem neſcimus : quidã uero eſt dictio potius ſingularis:
et ſignificat aliquẽ certũ et diſtinctũ hominẽ licet nõ no
minatũ ut ſi : dicam uenit ad me quidã amicus meus : hoc ẽ
unus quẽ ſcio et non nomino : nec liceret dicere uenit ad
me aliquis amicus meus .

Abſtinere et cõtinere differũt ne inter ſe : Differũt ſane.
Nam cõtinere fit cũ quodam labore cũ ſcilicet ratio obſi
ſtit ſenſui : hoc eſt ſenſus trahit hominem in unam ꝑtem :
ratio in aliã : abſtinere uero ſine aliquo labore fit : cũ ſcilicz
ratio dominatur ſenſui : et ab his tẽperat quæ uicioſa ſũt
firmato iam habitu et ſine aliqua difficultate: unde conti
nentia nõ eſt uirtus ; ſed diſpoſitio ad uirtutẽ et principiũ

uirtutis: et ſic diffinit͛. Continentia eſt per quā cupiditas animi ratione ac conſilio gubernat͛. Abſtinentia uero eſt ꝑfecta et abſoluta uirt⁹: et diffinit͛. Abſtinētia ē rationis ad libidinem: atq̃ alios non rectos impetus animi firma et moderata dominatio. Tamē hæc duo uocabula aliquādo apud ſcriptores indifferenter capiunt͛: quæ res quendam noſtra ætate uirū doctiſſimū traxit in errorē ut ī expoſitiōne coꝝ uerboꝝ longe a ueritate diſceſſerit.

Quomō latine diceret͛ et eleganter. Io giocaria ancora alcune uolte cō teco a giochi piaceuoli: nō ī cāpo a ſaltare o a la palla o a ſcrimire: o ad altri giochi che ſogliono a fatigare o ſtraccare li corpi noſtri ma caminando cō te co ꝑ le ſelue e colli: e ualle: e boſchi: et portando le toi operette ī ſeno cōmoueria ancora le muſe a giocare cō nui: uel qual loco non ſeria alcuno che te reꝑhendeſſe: de troppo liberta e ſi alcuno che foſſe: nui ceſcuſareſſemo ꝑeſſere in loco ſolitario: Luderem ætiam interim tecū ludis non iniocundis non ſcilicet. in campo ſaltu: aut pila: aut gladiatoriis ludis ſiue aliis quæ laſſum ac defatigatum reddere corpus conſueuerūt: Sed ꝑ ſiluas: et colles: et ſaltus: et nemora tecū deambulans: ac luſus tuos ſinu gerens: ipſas ætiā camenas ad ludū excitarē: ubi nemo eēt qui nos licētiæ accuſaret. et ſi quis eſſet facile ipſam ſolitudinē excuſaremus.

Ludere et iocari differūt. Ludimus. n. re. iocamur uerbis unde ludus in facto eſt. iocus in uerbo. Ideo dicim⁹. Ioco ne an ſerio loqueris. Interdū tamē hæc duo uerba confundūt͛. ut Iuuenalis. Quotiēs uoluit fortūa iocari: ꝓ ludere poſuit. Ouidius Nos ignara iocos tribuit natura puellis Materia ludūt uberiore uiri: Mille fac eē iocos: turpe ē neſcire puellā Ludere: ludēdo ſæpe parat͛ amor. Cicero ioca ꝓ iocos ſcripſit ad Atticū. Itaq̃ ioca tua plena facetiaꝝ Ecōtrario ludus pro iocus ponit͛. Horratius. Sed tamē

amato quæramus ſeria ludo. Hinc ludere ꝓ iocari frequē
ter inuenit᷑. Plynius Ludere me putas: ſerio peto. Cice
ro qui ita dicit ludere uidet᷑.. Unde et compoſita a ludo:
potius ad uerba q̄ ad actionē ptiuēt. ut eludo. Cicero Sꝫ
et uos ab illo irridemini: et ipi illū uiciſſum eluditis. Lu
dere ætiā dicimus uerſibꝰ ſcribere: unde et opuſcula poe
tarū: ſiue alioꝝ uerſu ſcribentiū luſus dicūt᷑. Alludere eſt
cū aliud dicimus: ad aliud latēter referre ſententiā. ut Vir
gilius dū narrat ludos Aeneæ alludit ad Augusti uictoriā
Atticaq; Iliacis celebramꝰ littora ludis. Ludū ætiā appel
lamus ſcholā/unde ludi magiſter dicit᷑. et eſt ludus littera
rius ſchola grāmatice. Dicit᷑ ætiam ludus cæteraꝝ artiū
ſicut muſicæ. ut apud Terentiū de fidicina: quæ quotidie
diſcebat in ludo. Itē ludus armoꝝ: qui ludꝰ quoqꝫ gladiato
rius dicit᷑. Ludos tamē gladiatorios frequentius q̄ ludum
dicimus: quotiens unum pluraue paria gladiatorum ad
ſpectaculū pugnature ꝓducunt᷑. quæ res munꝰ gladiatoꝝ
dicit᷑: et qui id ſpectaculū populo facit: munerarius: et qui
gladiatores domi exercet: et poſtea uendit: laniſta. Vocā
tur autem ludi gladiatorii: ſicut ludi Circenſes: et Appol
linares: et reliqui.
Interim nōnunq̄ ſignificat īterea. ut interī uenit ad me So
crates. id ē interea dum hec agerent᷑. Nōnunq̄ ſignificat
aliq̄ndo. Quintilianꝰ barbariſmi ac ſoloeciſmi fœditas ab
ſit. Sꝫ quia interī excuſāt hæc uitia: hoc ē aliq̄ndo excuſāt᷑
Nota q̄ elegāter dicıꝰ ludo ludis: et ludo ludos ſꝫ ludere
ludis: eſt ludere ad aliqō genus ludi. ut ludo pila: ludo pa
leſtra. Ludere ludos: eſt ludere quēadmodū dicimꝰ uiuo
uitā; morior mortē in quo mō dicendi multū ineſt ſuaui
tatis et ſignificant uiuo et morior. Secus dicit᷑ acta age.
hoc. n. ꝓuerbiū eſt: qō dici ſolet: cū ſupuacuo dicimus aut
facimus aliquid quod notum actum ue ſit.

Ludus de scola [illegible] scola gramatice e ludus litterarius

Ludo ludis et ludo ludos

Non in iocũdis : hoc eſt iocũdis. Vbi animaduertẽdũ ẽ
ꝙ cum poſitiuũ exprimere uolum⁹ : longe elegãtius cum po
ſitiuo ſibi cõtrario ꝑpoſita negatione exprimimus ; quanꝙ
aliquãdo minus aliquid ſignificet ꝙ poſitiuũ . ut ſi dicã : ho
mo nõ ĩprobus ; hoc eſt ſatis probus : et Philoſophus haud
ignobilis : id eſt ſatis nobilis. Interdum plus ꝙ poſitiuum
ſignificat. ut ſi dicam nõ illepide inquid poeta ſignificat
lepidiſſime : et nõ inſulſa oratio dicit᷑ : ĩ qua plurimum
ſit ſalis. et nõ ſemel : id eſt ſæpius : quanꝙ nõ ſemel ſignifi
care ætiã poſſit nunꝙ ut nõ ſemel ad me uenit : id ẽ ſæpe
ad me uenit : et nõ ſemel ad me uenit id ẽ nunꝙ ſiue ne
ſemel quidẽ ad me uenit : ita eadẽ aliquãdo uerba duo pla
ne interſe cõtraria ſigificãt. Vt fit ætiã ſi dicã : Adoleſcẽs
cui acutũ ẽ ingenium nullo labore fit doctus : et adoleſces
cui obtuſſum eſt in genium nullo labore fit doctus. Prima
quippe oratio affirmatiua ẽ et ſignificat adoleſcentẽ boni
ingenii ſine aliquo labore fieri doctum. Secunda uero ne
gatiua ẽ : ſignificatq; adoleſcentẽ obtuſi ingenii cum ꝗnto
cunq; labore nõ poſſe doctum fieri. Ita hæc uerba : nullo
labore diſcis duo cõtraria ſignificãt : hoc ẽ ſine aliquo la
bore diſcis et cũ quouis labore non diſcis.
Tu imparare ſenza alcuna fatiga. Tu nullo labore diſcis
Tu non ĩpare ætiã dio cõ qualunca fatiga. Tu nullo labo
re diſcis. Itẽ io me maraueglio grãdiſſima mẽte. duobus
modis interſe cõtrariis exprimit᷑. hoc ẽ non poſſum ſatis
mirari. et non poſſum non ſatis mirari. Eadẽ. n. utrobiq; ſẽ
tẽtia ẽ et mirari me uehemẽter ſignificat. ꝗnꝙ illic dicat᷑
non poſſe me tantum admirari quin magis ætiam admi
randum eſſet : hic non poſſe me facere : quin admirer. Sic
ætiam dicimus non poſſum ſatis deflere calamitatem no
ſtrã : et nõ poſſum non ſatis deflere calamitatem noſtram.
Non poſſum ſatis quæri et non poſſũ nõ ſatis quæri ; hoc

eſt lamentari : et alia huiuſmodi per multa .: Quæ nõ ueni
unt mihi nunc in mentẽ . ut eſt : ueni in opinionem : quæ
oratio aliquãdo actiue accipit̃ : et ſignificat opinor . Aliqñ
do paſſiue et ſignificat uenio i eſtimationẽ : id eſt alii opi
nãtur de me .

Nota ꝙ elegãtiſſime dicimus Nõ memini huius rei : nõ
uenit mihi in mentem huius rei et hæc res nõ uenit mihi
in mentem : et excidit mihi memoria huius rei in no
minatiuo : et hæc res excidit mihi memoria : in abltõ . Dici
mus ætiã : nõ occurrit mihi nõ ſuccurit mihi : nõ ſubiit
mihi . Virgi . ſubiit cari genitoris imago . Quintꝰ Curtiꝰ
hoc uerbũ cũ actõ coniunxit : Sera penitentia ſubit regem
Scilicet ſignificat certe hoc loco : queãdmodũ apõ Virgi .
Scilicet his ſupis labor ẽ : ea cura quietos ſollicitat . Scribit̃
autẽ cũ . c . quia cõpoſitũ fere ẽ ex ſcire et licet . Interdũ ſig
nificat qõ dicimus id ẽ : ſiue hoc ẽ ut ſi dicã : hõ animal ſci
licet mortale : hoc ẽ hõ : id eſt animal mortale . Eaſdem
ſignifictões habet uidelicet et cõponit̃ ex uidere et licet .
Campus quid ꝓprie ſignificat : Campus eſt grande atq3
amplũ ſpatiũ terræ : quæ plana ſit : unde aliqñdo ſpatioſas
plateas : cãpos uocamus . ut Romæ cãpus Martius dicit̃ .
Nã locus huiuſmodi anguſtior area uocatur . Differt aũt
cãpus ab agro . nã ager ſi cũ noĩe urbis iũgat̃ territorium
ſignificat ut ager Viterbienſis : ager Faliſcꝰ : ager Sentinas
et tunc caret plurali . Alioquin eſt locus ruri : ſicut ſupra
dictum eſt : quẽ colimus : ſiue arando ſiue ſerendo arbores .
nã ſi terrã ſeramus frugibus arruũ nominat̃ . et in hoc ſecũ
do ſignificato habet pluratiuũ numeꝝ . ut oẽs agros Viter
bienſes : et Faliſcos : et Sentinates depopulati ſunt hoſtes
Priore autem modo nõ recte diceremus hoſtes depopulati
ſunt agros Viterbienſes et Sentiuates . Nõ enim intelli
geret̃ de territorio : ſed dicendũ eſt agros Viterbienſem et

ſentinatem. A campo autē dicta ſunt campeſtria: hoc ē brache q̄ ludentes ī campis omnibus ueſtibus exuebantur et nudi ludebāt ſolis cāpeſtribus tecti uirilia. ūde et campeſtrati dicūt̃: ſicut tunicati: et manicati. Dicunt̃ ætiā fæmoralia ſiue feminalia a fæmoribus ſiue foeminibus. Nā fæmora partē illam exteriorē ſignificant foemina interiorem. Coxa autē ps illa eſt quæ eſt ſupra fæmora. Unde coxa uiciata ſeu fracta dicit̃: quādo os illud quod ī uertebro uoluit̃ fractum ſeu uiciatum eſt.

Saltus a ſaltādo dicit̃. ſaltare autē ſiue eius frequētatiuū ſaltitare. Interdū ſignificat choream agere: et quod uulgo dicūt tripudiare: unde et ſaltatio dicit̃: et ſaltatiuncula. ut puellæ egregiæ ſaltant. Et Plato aliquādo ſaltauit. Scripſit autē Plato in libris de re. p. de diuerſis generibus ſaltationis: modeſtis tamē: et nō qualia his temporibus cernimus. Interdū ſignificat ſalire: et tūc ab eo fit ſaltus: qualis eſt ceruoꝝ ponit̃ tamē aliquando ſalire pro ſaltare: hoc eſt tripudiare: ſ; ſaltus ꝓ ſaltatione nunꝗ̄ ponit̃.

Laſſus: laxus: et lapſus: quomodo differūt inter ſe: laſſū dicimus tam animo q̄ corpore defatigatum. Laxus uero nō ſignificat largū: ut quidam putāt ſed lentū: molle: flexibile: nullam duritiem nullam rigiditatem habens: et ad inanimata magis refert̃ ut laxi rudentes: laxæ funes: laxæ ueſtes. Lapſus a labendo dicit̃. ut lapſus in errorē: hoc eſt qui excidit in errorem. Feſſus idē eſt q̄ fatigatus ſiue animo ſiue corpore. Defeſſus defatigatuſq; is dicitur qui ita feſſus ac fatigat9 eſt: ut ab opere deſiſtat: quod inſtitu erat. Cicero de oratore equidē nunꝗ̄ quieſcam neq; defatigabor. donec pfæcero.

Collis et mons in hoc differūt: q̄ mons ē maior: collis minor ē: et q̄ſi mōticulus quidā: ſiue a monte ſeparatus ſit: ſiue ps mōtis. Jugū eſt ipa ſūmitas mōtis: ſiue ætiā collis

Cliuus eſt paruus collis et facils . ut cliuus capitolinus .

Promuntoriũ mõs ē ĩ mare ꝓmines

Promuntorium mons eſt in mare ꝓminens: quod Grecæ ακρον dicit̃ . unde Sicilia dicta eſt Trinacria: ꝙ habeat tria ꝓmuntoria . Saltus autẽ dicunt̃ parui colles et ſparſi ĩterpoſitis uallículis a ſaltãdo dicti . Vallis dicit quæ intro itũ ab una pte et ab altera exitũ habet latũ et patentem . Conuallis uero quæ introitũ dũtaxat habet arctũ et diffi cilem : qualis eſt introitus ad lacũ trãſmienum uenietibus ex Thuſcia : quẽ locũ ꝑ methaphorã fauces dicimus .

Accuſare eſt reũ agere : uel reꝑhendere : et ſemp iungit̃ cũ genitiuo. ut accuſo te inſolẽtiæ. accuſo te patricidii . Excu ſare uero ſignificat ĩ excuſationẽ adducere: et requirit accu ſatiuũ . ut excuſat morbũ: excuſat imbrem: id eſt in excuſa tionẽ adducit uel morbũ uel imbrem . Quintilianus . Tu tamẽ ſi ĩterpellatus . tẽpeſtatibus ſeruis uenisſes excuſares mare et ambiguos flatus excuſares dixit . hoc eſt inexcu ſationem adduceres . Itẽ excuſare aliquãdo eſt purgare . ut excuſam⁹ crimẽ obiectũ. Quod cũ uidet̃ ſatis purgatũ dicimus accipio excuſationẽ pro eo quod uulgus dicit ha beo te ex cuſatum .

Nemo ut multi exiſtimat no dicitur quaſi nullus homo ut pꝫ

Nemo nõ dicit̃ quaſi nullus homo : ut aliqui exiſtimant . nam ſi ita eẽt: nõ iungeret̃ cũ homo . ut Cicero dixit . ho minẽ adhuc uidi neminẽ. Veꝝ eſt ꝙ de hoĩbus ſolum di cit̃ : et apud poetas de diis ſiue deabus . Apte autẽ ali quando ponit̃ in fine clauſule . ut homo adhuc uiſus eſt nemo : et hominẽ adhuc uidi neminem .

Nemõ elegãter dicemus: Ma dapoi che io nõ poſſo uenire da te : e cõdecente coſa che tu torne a mi : La ql coſa ſi tu farai : io hauero in tutto el deſiderio mio . Cõ tio ſia coſa che io non poſſo da hora in anze nõ ſtare in melanconia di facti toi : e non dubitare de te : eſſendo tu ancor giouenetto: ouero piu toſto fanciullino : Sed poſtquã

uenire ad te ipe nõ possũ: par est: ut tu ad nos reuerta
ris. Quod si feceris oĩa nobis ex sentẽtia succedent. neq;
enim possum de te absente posthac nõ eẽ sollicitus: et ado
lescenti tibi ne dicam puero: aliquãdo nõ timere.
Postq̃ anteq̃ dicimus: et posteaq̃ et anteaq̃. Iungũt autẽ
plerũq; elegãtissime cum indicatiuo. Vt anteq̃ ad rem ue
nio: et posteaq̃ adhoc ueni.
Ipe est omniũ personaꝝ: et si cũ prima pſona uerbi iunga
tur idem significat quod ego. ut quæq; ipe miserrima ui
di: hoc est quæq; ego uidi. Sic cũ secũda pſona uerbi iun
gat̃: significat tu. ut sed celer ipe redi: id est tu redi. Cũ
tertia uero pſona propriũ habet significatũ. Sed notandũ
q̃ ipe aliquãdo cũ ego et tu et ille: uel cũ nomine ꝓprio
simul ponit̃: et habet maiorem exp̃ſſionẽ: significatq; me: te
uel illũ: nõ p alium: sed per nos aliquid agere uel ægisse
uel acturos esse. ut ego ipe interfui. tu ipe uidisti. ille ipe
sensit Plato ipe testat̃. Quã uim habẽt hec pronomina:
quãdo met syllaba eis adiicit̃. ut egomet: tumet: ipsemet:
huic uero ꝓnomini tu iũgitur ætiã te. ut tute id fecisti
id est tu ipe. Reperit̃ ætiã apud ueteres ipsus.a.um. unde
fit ipsior et ipsissimus.
Par est ꝓ decẽs est elegãtissime dicit̃. Quintil. Si ꝓpter
matrimonia uiolata urbes euersæ sũt: quid queri adultero
par ẽ. Sz nõ minus elegãter parẽ eẽ ꝓ sufficere ponimus
alicui opi siue resistẽdo siue exequẽdo. resistendo. ut repu
gno fletui quoad possũ: sz adhuc pares nõ sumus. Itẽ nũc
infoelix par nõ est dolori: nunc nõ inuenit ulla solatia.
In exequẽdo sic: aspitio par laborib9 corpus. Paria facere
est quod nobis aliunde præstitum est: aliunde compensare
multumq; habet elegantiæ. Quintilianus. Paria tecũ fa
tio res. p. quæ ꝓpter me unum ciuem pdideras. Et alibi
Sic paria faciemus. Tu illic eris uicarius meus, Seneca

ut ſtatim tibi ſoluã quod debeo. et quantum ad hanc epi
ſtolam paria faciamus.

Reuertor ſiue reuerto: utroq; enim modo Cicero utitur:
Interdum ſignificat redeo. ut hoc loco interdum ſignificat
uenio: multumq; in eo uerbo elegãtiæ eſt. Cicero de fato
Ad Chryſippi laqueos reuertamur: cũ nihil de Chryſippi
locutus fuiſſet. Inea dẽ ſigneficatõe accipit̃ reddo. Quin
tilianus Si uerũ eſt poſt uetuſta ſæcula et innumerabiles
annos reddi rurſus aliis corporibus animas. Reddi dixit
ꝑ dari: ſicut Cicero reuertamur ꝑ ueniamus. Ex ſẽtẽtia
ſignificat ꝑ deſiderio noſtro: et ad uotũ: additq; aliq̃ndo
animi: et dicimus exanimi ſentẽtia. Vbi nottandũ eſt ꝙ
Aliud eſt: ex animo. Aliud ex animi ſentẽtia. Nam ex
animo ſignificat quod Græci dicũt εκ τηϲ καρδιαϲ hoc
eſt ex corde. ut ex animo loquor: quanq̃ in animo eſt: et
cordi eſt ſint diuerſa. Nam ĩ animo eſt ſignificat in ani
mo habeo: uel animus ẽ mihi uel uolo atq; cõſtituo. Cice
ro ĩ anĩo mihi erat mittere ad Dolobellã. at cordi ẽ: ſigni
ficat placz: et delectat Terẽtius ſi tibi, hæ nuptiæ ſũt cordi
id eſt ſi tibi iocũdæ ſũt. Et alibi.. quia uterq; utiq; ẽ cordi
id eſt uterq; alteꝝ amat. Ex animi uero ſentẽtia ẽ ex uoto
uel ad uotũ. ut duxi uxorẽ ex animi ſentẽtia. Notandũ
eſt huiuſmodi ꝓpoſitiones. e et. ex. magnã habere elegan
tiã: ſi recte in oratione collocent̃. Dicimus .n. e re. p. id ẽ
ꝑ re. p. uel ad utilitatẽ rei. p. Quintilianus. nemo dubita
bit. ut ſaluos eẽ eos magis e re. p. ſit q̃ puniri. E regione
id eſt ex oppoſito. E diuerſo id ẽ ex cõtrario. e re tua et
e re noſtra. id ẽ ad tuã et noſtrã utilitatẽ. Liuius ꝓinde
ac nõ poſtulauerint: quæ e re ſua eẽnt: ſz ſuaſerint quæ no
bis cenſerẽt utilia eẽ. Similiter ex dignitate: ex utilitate:
ex uſu. Cicero ex tua ac rei. p. dignitate facies. Et alibi
Legẽ ut æquũ ẽ ex dignitate rei. p. cõſiderate. Cæſar: utꝫ

prælium cõmitti ex uſu ſit. ex tẽpore dicere: et improuiſũ et imp̃meditatũ dicere. hic dicit̃ extemporalis oratio: quæ nõ eſt domi p̃meditata: quæ ætiam extemporaria dictio appellat̃. Extempore uiuere dicit Perſius: hoc eſt tẽpori ſe accõmodare. Itẽ dicit Cicero. ex tp̃e agere: et ex tempore conſiliũ capere: et ex tp̃e offitiũ quærit̃ quaſi ex temporis conditione. Itẽ Cicero. e renibus laborabat inquit: hoc ẽ morbũ in renibus paciebat̃. Ex uinculis cauſã dicere: eſt uinctum reſpondere. ut ex equo pugnare: eſt equo inſidentem pugnare.

Operepræætium eſt cõmemorare quantã ætiam elegantiam in oratione habebat. pro. p̃poſitio. Siquidem ut. A. Gelli⁹ refert aliter dicimus põtifices ꝓ collegio decreuiſſe: aliter quempiã teſtem introductũ pro teſtimonio: dixiſſe: aliter præliũ factũ depugnatumq; pro caſtris: aliter ꝓ æde caſtoris: Aliter ꝓ roſtris: Aliter ꝓ tribunali. Aliter ꝓ cõtione Aliter tribunũ plebis pro poteſtate interceſſiſſe: quæ oĩa neq; paria ſunt: neq; uſquequaq; diuerſa.

Succædere quid proprie ſignificat? Succædere eſt euenire: et capit̃ tam in malam q̃ in bonã ꝑtem. ut bene ſucceſſit et male ſuccæſſit: hinc dicit̃ ſuccæſſus hoc eſt rex euẽtus Componit̃ autẽ ſuccædo ex ſub et cædo. b. mutata in. c. quemadmodũ ætiã cũ aliis p̃poſitionibus cedo componitur ut cũ ad accædo qd̃ interdũ ſignificat aduenio. Interdũ appropinquo. interdũ pro additur. ut ad hoc accædit id ẽ ad hoc addit̃. Unde acceſſus aliq̃ndo ſignificat augmẽtũ Cũ ante: antecædo hoc eſt p̃eo. Cũ inter. intercedo: qd̃ uerbũ multũ elegantie habet. Significat. n. interdũ intercædit: hoc eſt neceſſitudo quædam inter nos eſt: quæ nos inuicem conciliat. ut intercædit mihi tecũ affinitas: intercædit tibi cum illo amicitia: intercædit illi cum utroq; neceſſitudo. Interdum intercædit ſignificat mediũ ſe uerbis

et ni opponit. ut tribuni ĩtercæſſerũt: hoc eſt oppoſuerũt
Cũ aba: abcædo id eſt: recedo. ut abſcæde a me ſcelerate
Cũ de: decædo: qđ interdũ eſt diſcædo: ſiue recedo. ut
cũ e domo decederem: uel cũ ex urbe decederem: hoc eſt
diſcederem. Sed magis proprie decedere eſt a mandato
cuſtodie ſue recedere. ut cõſules: pretores ceteriq; magi
ſtratus dicũt e prouintia decedere. Item pſidia ex urbi
bus: et milites ex caſtris.

Difert autem decedo quãdo diſcedo ſignificat a migro.
Migrare enim ẽ mutare domiciliũ: et alio ſe ad habitan
dũ cõferre: cui ſimilia ſũt emigrare: demigrare cõmigra
re. Remigrare aũt ſignificat reuerti inpriſtinũ domiciliũ
Tranſmigrare uero eſt ĩ locũ magis remotum domicilium
mutare. ut tranſmigrauit in Syriam. Immigrare eſt ĩ do
mum aliq̃ habitandi gratia ſe cõferre. Propter hoc qui mo
riunt̃ migrare dicuut̃: ſed cũ appoſito. ut Cicero. Anteq̃
ex hac uita migro. Quintilianus. Seu cũ ad ĩfernas ſædes
anima migrauit. Decedo aũt ſine appoſitione potius ſig
nificat morior. et eo mõ dicit̃ deceſſit: quo defũctus ẽ nõ
eni ponit̃: ſed intelligit̃ uita. Cũ ex: excedo: qđ aliq̃ndo
ſignificat diſcedo: interdũ morior: ſed ſemp cũ appoſitiõe
Cicero ſubito ex ceſſit e uita. Cũ pro: pcedo qđ eſt proſe
quor: et pfectũ fatio. ut procedit opus. Cum pre: pcedo:
qđ eſt antecedo. Cũ. in. incedo qđ eſt ambulo: unde in
ceſſus dicit̃ quicunq; et qualiſcũq; ſit. Proprie tamẽ graui
or quidã atq; ſublimior dicit̃. Virgilius. Et uera inceſſu
patuit dea. Optime omniũ Seneca hoc declarat dicẽs Te
nero ac molli paſſu ſuſpendim⁹ gradũ: nec ambulamus: ſ;
incedim⁹. Vt liceat diffinire. Incedere ẽ tenero ac molli
paſſu ambulare. Cum dis: diſcedo: hoc eſt abeo. Cũ re: rece
do. qđ ſimiliter ſignificat abeo. Cũ ſe: ſecedo. id eſt ſeor
ſum cedo. ut ſecedo parumper. Cum con: concedo quod

decedo ſine appoſitiõe ſignat morior.

aliquãdo ſignificat do ſiue ꝑmitto. ut cõcædo tibi libꝝ: con
cedo ꝙ petis. Aliquãdo indulgeo. ut concædo hoc lachry
mis uiduæ. Nõnunꝗ̃ cõcedo eſt eo. ut cõcedo in forũ: id
eſt eo in forum. ſicut cõuenio eſt alloquor. ut cõceſſi in fo
rum: et cõueni hominẽ: hoc eſt iui in foꝝ. et allocutus ſum
hominẽ. quãꝗ̃ cõuenire alia quoqꝫ ꝑmulta ſignificet. eſt
enim ſimul uenire. ut oẽs in unũ locũ conuenim⁹. Eſt de
cens aut conueniens eſſe. ut cõuenit hoc mihi: conuenit hoc
tibi. Conuenire etiã conſtare et cõtrouerſia carere. ut con
uenit hoc inter nos. cõuenit hoc mihi tecum.

Nota quod plurimum elegãtiæ habet hic modus. nõ poſſũ
nõ legere. hoc eſt nõ poſſũ facere quin legã. non poſſum
nõ eſſe ſolicitus. pro non poſſum facere quin ſim ſolicitus
nõ poſſum nõ admirari. nõ poſſũ non dolere. ꝓ non poſſũ
facere quin admirer: nõ poſſum facere quin doleam.

Quid ꝓprie ſignificat ſolicitus: ſolicitus homo ꝓprie di
cit̃ inquietus. anxius. curis plenus. inter ſpem metũqꝫ con
ſtitutus. Unde ſolicitare aliquẽ dicimur: cũ ſpem metũqꝫ
oſtendimus. ut apud Ciceronem reperit̃ ſolicitare plebem
id eſt inquietare curãqꝫ iniicere.

Abſens et p̃ſens ſunt ne cõtraria: Quando p̃ſens ſuam
propriã ſignificationẽ habet: ſignificatqꝫ quod adeſt: cõtra
ria ſunt. ut modo præſens eſt mõ abſens. Interdũ p̃ſens
ſignificat imminentẽ rem et iam inſtantẽ ac nõ dilatã in
aliud tempus. ut Uirgilius. Preſentẽqꝫ uiris intentant oĩa
mortem. Iuuenalis. Pena tamẽ p̃ſens: et p̃ſens ultio. Unde
p̃ſentiſſimum periculum: p̃ſentiſſima medicina: p̃ſentiſſimũ
remedium: præſentiſſimũ uenenum quod ætiã p̃ſentaneũ
dicitur. hæc ideo dicunt̃ p̃ſentiſſima: quia ſtatim aut ſanãt
aut occidunt. Præſens ætiam aliquãdo idem eſt quod præ
ſtans. ut dicit̃ p̃ſens animus: preſens cor. In rem præ
ſentem non tempus ſed locum ſignificat. ut Cicero. Si

Quid significet solicitus

conſtitueris cupiã te in rem pſentem eſſe uentuꝝ: id eſt ad
locum de quo cõtrouerſia eſt. Valerius Quintus Fabius
labeo arbiter a ſenatu coſtituendoꝝ inter Nolanos de Ne
apolitanos finium datus cũ irẽ pſentẽ ueniſſet: utroſqꝫ ſepa
ratim mouuit. Sed illud i primis notandũ ꝙ pſens nõ mõ
ſignificat qđ eſt. huius tẽporis ſed ætiã alterꝰ. ut Cicero
Ego in columitati ciuiũ primum: et poſtea dignitati: ille
preſenti potius dignitati quã future conſulebat: præſenti
dixit; nõ quæ nũc eſt: ſed quæ tũc erat. Dicitᷣ autem nõ
modo de præterito ſed etiã de futuro. ut Horatius. Hæc
amet: hæc nõ hec præſens ad tẽpus omittat: id ẽ i id tẽpus
quod tẽpus rei dicende erit: Eodem. modo in præſentia
et impræſentiaꝝ capiuntᷣ: hoc eſt tam in pterito q̄ꝫ in fu
turo. Quintilianus: quia pauci aderãt nõ putauit in pſen
tia diſſerendũ eſſe. Seneca. Sed ſi calumniator aderit: dif
ferendũ in præſentia erit: hoc eſt tũc diſſerendũ eẽ: et tũc
differendum erit.

Noˢ q̄d posthac ⁊ antehac ſignificet

Poſthac ſignificat poſthoc tempꝰ. Sicut antehac antehoc
tempus. Aliquãdo tamẽ reperiuntᷣ ſignificanti poſt illud
uel ante illud tempus. Saluſtius. Sic erat accenſa libidine
ut ſepius peteret uiros q̄ꝫ peteretᷣ. Sed ea ſepe ante hac fi
dem pdiderat: creditũ abiurauerat. Suetonius de Domi
tiano: Pari arrogantia cum procuratoꝝ ſuorum nomine
formalẽ dictaret epiſtolã: ſic coepit. Dominus et deus no
ſter ſic iubet fieri; unde inſtitutum poſthac ut ne ſcripto
quidẽ et ſermone cuiuſq̄ꝫ appellaretᷣ aliter.

Et adoleſcenti tibi ne dicam puero aliquando non timere
Hic duo notãda ſũt præcipue. primo ꝙ timere te et timere
tibi differunt. Timere te eſt formidare te: nequid ſcilicet
ex te quaſi inimico mali mihi contingat. Ut timeo ho
ſtes; timeo naufragiũ. timeo ſerpentem. Timere tibi: eſt
metuere nequid tibi tanq̄ꝫ amico aliunde mali contingat.

ut timeo patri: timeo amicis: timeo filiis. Secũdo q duobus modis poſſumus elegantiſſime hoc dicere. uidelicet adoleſcenti tibi ne dicam puero: et adoleſcenti tibi ne dicã puerum. Sed ſi pronomẽ poſtponeret̃ nõ liceret dicere in accuſatiuo: nõ. n. recte diceremus adoleſcenti ne dicã puerũ te: ſed dicendũ eſt adoleſcenti ne dicã puero tibi. Cicero Crudelis caſtor ne dicã ſceleratũ et impiũ. Sũt tamẽ qui uolũt hãc regulam dũtaxat in recto ſeruari. ut ſi dicã homo ſuperbus ne dicam crudelis uel homo ſuperbus ne dicam crudelem. In obliquis uero id non accidere. ut hoc uiuo ne dicã cõſule Milone. Diligens tamen lector aliquãdo aliter inueniet. Poſtremo etiã illud maxime animaduertendũ eſt: q mihi et tibi interdũ non ad unum ſed ad oẽs referẽt. iterdũ ad nullũ ut ſi dicam: en tibi fores crepuerunt. tu mihi ſemp dormis: oratio eſt ſumpta de medio nec ad me nec ad te: nec ad quenq̃ referẽt: Sicut Cicero. hic mihi gloriat̃ ſe omẽs honores ſine repulſa obtinuiſſe. Contra uero cum inquit Virgilius. Heu mihi tum molles libeat iacuiſſe p herbas: Heue tibi ad ſolẽ uergant uineta cadentẽ. ſub prima et ſecunda pſona ad uniuerſos pcipit. Hoc frequentiſſimũ eſt in oĩ genere ſcribẽdi. ut ſi dicam. Stultũ eſt laborare dũ nihil pficis: idem ẽ ac ſi dicerẽ Stultũ eſt homines laborare dũ nihil pficiũt. Et ſi tu hic ſis aliter ſentias: id eſt ſi alii tales eſſent: aliter ſentirẽt

Vomõ elegãter dicemus: Che tu attẽdi ogni di piu o li ſtudii de le bone lettere: io mene piglio gran piacere: e ale gromene com teco e regatio: dio che da picolino te ha cõteſſo coſi fatto animo: et ſpero che tu farai p mõ che nõ parerai indegno de tuo patre e de tuo auo li q̃li forono homini excellenti e da bene: Quod in dies magis optimarum artiũ ſtudiis incumbas: gaudeo mirum in modũ: et tibi gratulor: ac deo gratias ago: q talem tibi ab

ineunte ætate animū præſtiterit. atq ſpero nō cōmiſſurū: ut patre atq auo tuo; optimis ac clariſſimis uiris indig nus eſſe uideare.

Quid proprie ſignificat indies? Quotidie. Sed nota q indies in hoc a quotidie differt: q ſemp fere cū quodam incremēto dicit. Ideoq plerūq cum comparatiuo ponit. ut cū indies malū artius ꝑmeret. Et cū in urbe malū ſerpe ret idq; maneret indies latius. Sine cōparatiuo ætēa dici tur; ſed ꝑ uerbum ſignificans incremētū. Liuius creſcente indies multitudine. Quotidie aūt et hoc mō dici potes: et ſine incremento. ut quotidie lego quotidie ſcribo: non in dies lego: et in dies ſcribo.

Eſt ne differētia ſi quis dicat idies et indiē? Maxima dif ferētia eſt. Nam indiē aliquid agere eſt pſentis diei habe re rationē: nihil cogitando de craſtino. et fere ſemp iungit cū hoc uerbo uiuo ut ego inſtar ferarum et uolucrum in diem uiuo. Saluſtius dixit: panē indiē mercari. Sed quo mō differūt indiē et indies: eodē mō differūt i horam et in horas. Cicero. nec qui in horā uiuūt nō mō de fortunis ac bonis ciuiū ſed de utilitate quidē ſua cogitauerūt. Vir gilius. Gallo cuius amor tantū mihi creſcit in horas.

Propediē dicit cū ꝓpe eſt dies: eo mō quo dicimus prope modū: qđ ſignificat pene uel quaſi.

Incumbere eſt toto pectore alicui rei faciēdæ inſiſtere. ut ualidis icumbite remis. Quemadmodū ecōtrario ſupini dicunt qui negligenter aliquid agūt. Sed illud notādum: q quādo opus aliquod manuū ſignificat: cum datiuo tantū iungitur incumbo. ut incumbite remis non autem ad re mos uel in remos: cum autem adhibetur ingenium: dici mus: incūbo ſtudiis: et in ſtudia et ad ſtudia: ac ætiam in malā ptem aliquando accipit. ut icumbit in eius perniciē.

Multa aūt uerba eodē mō diuerſam habēt cōſtructionē. et eleganter dicunt. ut ineſt huic loco: et ineſt in hoc loco.

Propedie significa tantosto

Ut incumbo [illegible] con tuto [illegible] in [illegible] [illegible] seu intendo [illegible] labore [illegible] studio

Comparo hãc rem illi :et cũ illa . cõfero te iſti : et cũ iſto : Sũ ſimilis tibi : et ſũ ſimilis tui . hoc eſt commune oĩb⁹ et omniũ: hoc eſt mihi comune tecũ et cũ ceteris . Ego ſum particeps laboꝝ tuoꝝ : et ſum tibi in laboribus particeps . Accædit huic rei et ad hãc rem : et huc : uel eo : uel eodem. Reſpondeo tibi et ad te . Reſcribo tibi et ad te . Celo te hãc rẽ. celo tibi hãc rẽ. celo te de hac re . Impendo curã uel operã: uel laborẽ: uel ſtudiũ huic rei : et in hãc rẽ et ad hãc rem . Audiui a patre meo : de patre meo :et ex patre meo . Tu es natus laudi:et ad laudẽ. Aſcribo ad ciuitatẽ: aſcribo in ciuitatẽ. aſcribo ĩ ciuitate: aſcribo ciuitati. Meminit uadimonia : meminit iniuriaꝝ . Verũ in hoc uerbo notandum eſt ꝙ aliqãdo memini capit̃ pro mentionẽ fæcit : et tunc om̃io recuſat accuſatiuũ: exigitqꝫ genitiuũ uel ablatiuũ cũ ꝓpoſiciõe de. ut neqꝫ huius rei meminit Plato . Itẽ de qua re multi meminerũt . Hinc ut nõnulli putãt deriuat̃ mentio: et mẽs . quæ omniũ recordat̃ . et mentũ quia in mentione fatienda hac pᵗe ꝑcipue utimur. Oĩa .n. animalia mouent dũtaxat ptẽ inferiorẽ : ſolo Cocodrillo excæpto qui mouet dũtaxat ſupiorẽ . Mentẽ tamẽ Aurelius Auguſtinus uel a mente quæ grece ſignificat lunã dictã eẽ ait : ꝙ ſicut luna creſcit et decreſcit et uaria uiciſſitudie cõmutat̃ :ĩ id tamen quod fuit ꝑfecta quadã nouitate ſe reſtituit : ſic mens nũc caput ſũmis ĩſerit nũc deſcidit ĩ infima : mõ ad corporalia defflectit̃ mõ ſublimib⁹ atqꝫ æternis rationib⁹ adhæreſcit uel ab eminendo ꝙ ꝓ̃ſtantior uis animæ ſit .

Quid inter eſt iter gaudere et gratulari : Gaudere ẽ lætari Gratulari eſt uerbis oſtendere gaudiũ qđ ex alcuius commodo : aut foelicitate ſuſcipias : apud eũ ipm qui cõmodo ſiue foelicitate affectus ẽ. ut gratulor tibi ob cõſulatũ adeptũ : gratulor mihi ꝙ ſub tali principe educatus ſũ qđ uernacula lingua dicim⁹ Io me alegro cõ teco . Io me alegro

con meco. Gratari uidet̃ idẽ ſignificare. Sed dũtaxat poe
tis atq; hiſtoricis permittit̃. Virgilius. Inueni germana
uiam: gratare ſorori. T. Liuius tuũ ſequẽtes currũ Iouis
optimi maximi templũ gratãtes ouanteſq; adire. Quidam
exiſtimãt gratulari aliquãdo accipi ꝓ gratias agere: cũ ſci
licet diis ĩmortalibus gratulamur. Ego cenſeo potius in
priori ſignificato accipi: q̃ſi ſignificatio ſit: uoluiſſe nobis
illos benefacere idq; aſſecutos eẽ. Neq; hoc miꝝ eſt: cum
etiam deos ſalutemus: qđ hominibus conuenit nõ diis.
Quin etiã ĩ religione noſtra lignũ ſacratiſſime crucis: qđ
ſenſu caret: ſalutamus: duntaxat in ſignificationẽ reueren
tiæ. Gratum facere uero et gratificari licet idẽ plane eſſe
uideant̃: niſi ꝙ alteꝝ compoſitũ eſt. alteꝝ nõ: tamẽ diffe
rũt nã gratũ facere: eſt aliquid minus et ſignificat obſequi
hoc eſt qđ uernacula lingua dicimus: Cõpiacere. Gratifi
cari uero eſt aliquid maius: et ſignificat benefacere: ſiue be
nefitia cõferre: queãdmodũ dii gratificant̃ hoĩbus. Vnde
poſſumus dicere. Si tu me farai del bene: me farai coſa gra
ta. Si mihi gratificatus fueris: gratũ facies. Et fieri põt
ut gratificemur alicui: et tamẽ diſpliceamus potius q̃ gra
tum faciamus: ut ſi egroto aq̃ negemus gratificamur quidẽ
et tamẽ moleſti potius ſumus q̃ gratũ fatiamus.
Quid ĩter eſt ĩter agere gratias: et habere: et referre: Agi
mus gratias uerbo qđ uernacula lingua dicimus Regrati
are. Habemus gratias animo: cũ ſcilicet memores ſumus
accæpti beneficii. Referimus uero ſiue reddimus gratias
facto. ut ſi tu a me benefitio aliquo boneſtatus fueris: aut
malo aliquo affectus: uiciſſim mihi aliquid boni mali ue re
tribuas. ut q̃ſi ſit qđ ſupius diximus: paria facere: et qđ
uernacula ligua dicimus. Io te rendero. et in bonam et in
malã ptẽ. Seneca tamẽ uult maloꝝ reddi gratiã nõ referri
Bonoꝝ uero ecõtrario referri nõ reddi. Sꝫ hãc differentiã

ſolus ipſe et excogitauit et fecit. Cicero nūq̄ fere aliter
dixit q̄ referre gratiā ſiue in bonū ſiue in malū. Quod aūt
hec differentia ſit inter gratias agere et referre. aptiſſime
declarat Plautus ī epiſtolis Ciceronis. Immortales īquit
ago tibi gratias agāq̄ dū uiuā. nam relatur me affirmare
nō poſſum. Tantis.n. tuis offitiis nō uideor mihi reſpō
dere poſſe. Ecce q̄ reſpondere officiis: hoc ē ſatiſfacere be
neficiis ē gratiā referre: qđ aliqui et pſertim poete dicunt
pſoluere. Illud aūt quo ad elegantiā notandū ē q̄ dicim⁹
ſemp agere gratias: habere gratiā et gratias et referre gra
tiā. Raro.n. et fere nunq̄ reperies referre gratias. Apō
Ciceronē certe et Quintili. plane nūq̄. Itē ut illud anim
aduertendū ē q̄ diis nunq̄ referimus gratiā. dicimus. quis
enim referre diis gratiā poſſit: Agimus grās diis: dicim⁹
prazo: habemus aūt freqūter: quotiēs ſcilicet agnoſcim⁹:
et nobiſcū fatemur benefitiū nos ab illis accepiſſe. Ago
grates nunq̄ fere niſi apō poetas uel hiſtoricos inuenit̄.
Ab ineunte ætate: quid pprie ſignificat: aprincipio ætatis
hoc ē a pueritia. Maximā.n. gratiā atq̄ elegātiā habet
hoc uerbū ineo: a quo fit pticipiū iniens ineūtis. Dicim⁹
enī ieo foed⁹: ieo pacē: ieo ſocietatē: ineo bellū: ineo pug
nā: ieo uiā: q̄ſi ingredior et incipio. Vbi nota q̄ ſp fere
dicit̄ de re aliqua graui et magna: nō enī recte diceremus
ineo opus: ineo libꝝ: ineo prandiū: ineo cænam. Hinc fit
initium: quod eſt principiū alicuius rei maioris. ut iniciū
libri: initiū: orationis: quod apte teſtat̄ Quintilian⁹. Nō
latine inquit principiū uel exordiū dicit̄: id maiore quadaꝫ
ratione græci uident̄ prooemium nominaſſe: qđ a noſtris
mō initiū dicit̄. Propterea etiā hui⁹ uerbi pticipiū q̄nto
poſt ſe caſū non habet cū maioribus quibuſdā reb⁹ poni ſo
let. ut ineunte pueritia: ineunte ætate: ineūte adoleſcentia:
ineunte uere: ineūte æſtate: ineunte hyeme: ineunte nouo

anno. nõ aũt diceremus ineũte die :ineũte nocte: ineũte cõ
uiuio: ineunte ꝑlio :ſed ineunte bello et ineũte belli tpe .
Rurſus animaduertendũ eſt : q ineo aliquãdo ſignificat
cõparo ſiue cõtraho : ut dicimus ineo gratiã :nõ aũt dicere
mus ineo amorẽ uel beniuolentiã : ſicut ecõtrario dicimus
concilio mihi amorẽ : cõcilio beniuolentiã . nõ aũt concilio
gratiã .et tamẽ recõciliari et in gratiã redire idẽ ſũt : q̃ndo
qui fuerãt ex amicis facti inimici : itꝝ in priſtinã redeũt
beniuolentiã . Dicimus aũt redire in gratiã ætiã cũ inani
matis ut cũ agello meo redii in gratiã . Cicero: in gratiã
cũ uoluptate redeamus. Præterea cõciliamus nobis famã :
honores : nõ aũt inimus. Cõponit̃ aũt meo : ex eo et in ꝓ
poſitione, queadmodũ cũ ad:adeo.ut adeo Socratẽ : id eſt
eo ad Socratẽ. Cũ ante:anteeo:qđ eſt ꝓcædo.et iũgit̃ tã
cũ datiuo q̃ cũ accuſatiuo.ut anteeo te et anteeo tibi . Cũ
circũ:circũeo:qđ interdũ ſignificat ire circũ aliquid . Inter
dum circũdare:et quaſi obſidere: circũiuit militibus oppi
dum :hoc eſt circũdedit . Cũ ob : obeo . quod aliquãdo ſig
nificat exequor et ꝑago . ut obeo legationem . obeo munus
mihi cõmiſſum . Aliquãdo ſignificat morior . q qui morit̃
q̃ſi exequat̃ et ꝑagat mortẽ . queadmodũ ætiã dicimus ob
iuiſſe aliquẽ diẽ ſuũ . ꝓ ꝑegiſſe diẽ ſuũ . et obiiſſe uitã . id
eſt ꝑegiſſe . Interdũ repit̃ ſine accuſatiuo obiit . id ẽ mor
tuus eſt . queadmodũ ætiã oppetiit dicimus . et intelligi
mus mortem : et defunctus et intelligimus uita . Dicitur
autem defunctus eſt a defungor : quippe fungor eſt offiti
um ac mun⁹ aliqđ ago . ut fungor magiſtratu : fungor præ
tura :fungor munere iudicis :unde fungor uita :id eſt fũgor
munere : et adminiſtratione gubernãdi corpus et ſeruandi
uitã q̃propter defunctus offitio dicit̃ qui finiuit offitium:
nec amplius eam adminiſtrationẽ habet : unde dicit̃ defũc
tus munere ꝑtorio:defunct⁹ cura tribunitia . id ẽ qui finiuit

q̃n dicĩg obijt intellig̃ ~~morte~~ i. e moritur e oppetijt intellig̃ morte et defunctg intellig̃ vitã i. q finiuit vitã

offitium prætorium et tribunitium munus. Item defūctus periculis. qui finiuit et iam ē extra pericula. Virgilius O tādē magnis pelagi defuncte piclis. et corpora dfuncta morbis: nō mortua: ſʒ quæ iā finierūt morbos et ſana ſunt T. Liuius. Defuncta morbis corpora ſalubriora eē icipere Sic itaqʒ dicit᷑ defunctus uita: id ē qui finiuit adminiſtratione uitæ: et mortuus eſt. Cum iter ſimiliter componit᷑ eo: et fit intereo: ſignificatqꝫ morior. Vnde iteritus mors: Cum. p: pereo. qđ ætiā ſignificat morior. ut piit. id eſt extinctus eſt. Item in magnā aliquā calamitatē incido. ut perii niſi me adiuues: qđ uernacula ligua dicit᷑. Io ſo deſfacto Virgilius. Vt uidi: ut perii: ut me malus abſtulit error: quod uerbum ſi cum de: cōponat᷑: fit depereo: et exigit accuſatiuū: ſignificatqꝫ flagro amore alicuius. ut eam puellam deperibat: id eſt uehemēter amabat. Cū ab: abeo: hoc eſt recedo. Cū ex: exeo: cuius ſignificatio manifeſta eſt. Cō præ. p̄eo qđ eſt antecedo: et interdū apud poetas ſeparat᷑. Terentius. ri. præ ſeq̄r. Cū ſub. ſubeo qđ ſignificat ſuppono me alicui rei. ut ſubeo hanc puintiam ſubeo hoc onus. Interdū ſicut ſupra dictū ē ſignificat imētem uenio ut ſubiit cari genitoris imago. Cū re. re-deo. d. interpoſita enphanie grā. quēadmodum fit i redintegro. Significat aut redeo reuertor. Cū con. coeo: abiecta. n. qđ aliquando ſignificat cōiungor: ut inter ſe coiiſſe uiros. hoc ē inter ſe cōiunctos. et quaſi cōmixtos eē. Aliquando ſignificat ita miſceri: ut ex duobus aut pluribꝰ fiat unū. ut duæ uocales coeunt interſe. id ē ex duabus fit una ut rep̄hendo reprendo. Interdū coire eſt cōcumbere unde dicit᷑ coitus. qđ ex duobus corporibus unum fit q̄ſi fiat coeundo. Iungit᷑ p̄terea eo cū inficias et dicit᷑ inficias eo: qđ ē nego. Itē cū obuiam. ut eo obuiam: quod multis modis dicit᷑. eo tibi obuiam: obuius tibi ſum: obuio tibi. Fero me tibi obuium: obuium me tibi fortuna obtulit: obuiam tibi pceſſi.

Inter animum et animã quid intereſt: Anima eſt qua ui
uimus. Animus eſt quo ſapimus. Sepe tamẽ alterũ pro
altero ponit᷑. Plautus animã ponit ꝓ flatu: cum inquit
fetet anima uxoris tuæ.

Præſtare quid ꝓprie ſignificat: Præſtare aliquãdo ẽ dare
ſiue cõcædere. ut preſta mihi opẽ: id eſt da mihi opem: et
hoc loco deus p̄ſtitit talẽ animũ hoc eſt cõcæſſit. Aliquã
do præſtare eſt exhibere. ut præſta te uirũ bonũ: præſta te
fortem uirũ: hoc ẽ exhibe te uirum bonum et fortem: quod
uernacula lingua dicimus Fa che tu ſie un bono homo.
Fa che tu ſie un valente homo. ¶ Interdũ p̄ſtare ẽ antecel
lere. ut Terentius. Dii boni homo homini quid p̄ſtat: hoc
ẽ quantum homo hoĩ antecellit. et habet nõnunq̃ ablatiuũ
poſt datiuũ. ut p̄ſto tibi doctrina. id ẽ antecedo te doctri
na: et doctrina tibi ſupior ſum: hoc ẽ doctior te ſum. In
terdũ p̄ſtare apud iuriſconſultos ẽ prohibere ne alicui fiat
aliquid incõmodi: et ſi nõ ꝓhibuerit ſatiſfacere: ut uẽditor
debet p̄ſtare uiciũ rei q̃ uendit: hoc ẽ ꝓhibere atq; efficere
ne emptor damni quid faciat: alioquin ſatiſfacere. Neque
id in alterꝫ modum uerꝫ etiam in nos ipſos. Cicero. cum
id qd̃ ab hoĩe nõ potuerit p̄ſtari. euenerit. id ẽ id q nõ
potuerit caueri et prohiberi. Propria autem huius uerbi
ſignificatio eſt. p̄ſtat/hoc eſt/melius et p̄ſtantius ẽ. Unde
fit præſtans præſtantia. præſtat mori q̃ in ſeruitute ui
uere: hoc eſt melius eſt. Componit᷑ q; p̄ſto ex præ et ſto:
ſignificat autẽ præualde: ſicut in præpotens: p̄cælſus: p̄cla
rus: prælõgus: præualidus et ſimilibus: et præcox fructus
qui ualde coctus ac maturus eſt ante tempus. Ubi notan
dũ eſt: q præ maiorẽ in cõpoſitione uim habet q̃ per: plus
enim eſt p̄potẽs: q̃ ſi diceremus perpotẽs: quanq̃ aliquando
nullam hæc p̄poſitio a ſuo poſitiuo diuerſitatem faciat. ut
præcludo: præ morior: præcingo. hoc eſt claudo. morior:

cingo . cõponit̃ ætiã ſto : cũ aliis p̃poſitionibus. Cũ ad aſto
quod ſignificat aſſiſto. ut aſto tibi : id eſt aſſiſto tibi : p̃ſens
ſum. ut aſtat : hoc ẽ adeſt. et ſtat. ut arrectiſq; auribus aſtat
Cũ ante : anteſto cuius ſignificatio nota . Cũ circũ : circũ
ſto : quod ſimiliter notã habet ſignificationẽ . Circũſto. n.
eſt circũdo : et facit p̃teritũ circũſteti . ſicut facit ætiam
circumſiſto : qđ ſignificat inuado et cũ terrore quodam ag
gredior. Virgilius Circũſtãt animæ dextra leuaq; petẽtes
Nõnunq̃ ecõtrario hortandi cauſa ponit̃ . Cæſar. Si quis
grauiori uulnere accæpto deciderat circumſiſtebãt : hoc ẽ
hortabant̃ tela hoſtiũ arcentes . Cũ ob : obſto : qđ ẽ contra
uenio et impedio. ut illud mihi obſtat : id eſt illud ĩpedit .
Cũ p : pſto : id eſt fixus ſto . ut pſtat in opinione : id ẽ fix⁹
ſtat et permanet in opinione . Cũ ex : exto : qđ uerbũ plu
rimũ elegãtiæ habet ĩ oratione . Quippe exiſtit atq; extat
unum atq; idẽ p̃teritũ habẽt. et ſignificãt eminet ſiue ſupeſt
ſ; primũ cũ motu dicit̃ : quaſi pdit uel exurgit : hoc uero
ſine motu : q̃ſi ſupſtat. Cicero : Submerſus equus uoragini
bus nõ exiſtit adhuc . Idẽ. Nec diu ulla uox extitiſſet. Idẽ
anguem ab ara extitiſſe . De rebus quoq; quæ ad mentem
ptinent exiſtere dicimus . Cicero exiſtit hoc loco quæſtio
ſubdifficilis. De extare : Virgi Stant circũfuſa pruinis cor
pora magna boũ : cõſertoq; agmĩe cerui Torpẽt mole noua
et ſũmis uix cornibus extãt . Hic dicimus extãt pauci li
bri Varronis : hoc eſt ſuperſunt . Et ſicut de homĩe dicim⁹
ſupeſt : uel ſuperſtes eſt : ſic de rebus extat . ut memoria nõ
extat. extat oratio Ciceronis. Cum pro : proſtat : hoc eſt
in ppatulo ẽ : unde dicunt̃ mæretrices pſtare : hoc ẽ in p
patulo eẽ : ad ſe oĩbus pſtituendũ . Cũ in : inſtat : qđ ali
q̃ndo ſignificat ĩminet . ut ĩſtat uer : inſtat hyems . aliq̃ndo
urget . ut ĩſtat pyrrh⁹ ut ſcribã : hoc eſt urget . Cũ ſub et
ſup ſubſtat et ſupſtat : quoꝝ ſignificationes manifeſte ſunt

Cū di : diſtat hoc eſt differt ſiue remotū eſt. Cū re : re
ſtat. hoc eſt ſupeſt. Cum con : conſtat:hoc eſt manifeſtū
eſt:uel conſtat iuproprio eius ſignificat. ut tantū conſtat:
quantum ualet.
Siſto neſcio an a ſto cōpoſitum ſit: Significat aūt ſiſtere
repræſentare: et habet p̄teritū ſteti: et ſupinū ſtatū Dictū
q̄ ab eo eſt: q̄ nō tantū cōparare quis debet : ſed etiā mane
re: unde de iuditio ſiſti : hoc eſt de ſiſtēdo aliquē i iudicio
Cicero ad Atticū : Des operā: id qđ mihi affirmaſti. ut te
ante kalēdas Januarias ubicūq̧ erimus : ſiſtas. Proprie ta
men ſiſtere eſt retinere : et quod uernacula lingua dicimus
Siſto ſpe ſignificat refermar
Fermare. ut ſiſte gradū : ſiſte fugā: ſiſte lachrymas. Vnde
fit ſtator. et Jupiter ſtator dictus eſt. qui Romulū rogan
tē. ut fugā ſuoꝝ ſiſteret. exaudiuit.
Spero quot mo͞is dicit͛ : multis. ſpero. nō deſpero magna
ſpe ſū. nō ꝑua ſpe ſū. Capio ſpē de hac re. Cōcipio ſpe de
hac re. ducor in ſpē huius rei uocor i ſpē. ingredior i ſpē
collo ſpē. repono ſpē. Spes fixa ē. ſpes mihi eſt. Nō deeſt
mihi ſpes. nō deſino ſꝑare. ſpē habeo. nec nulla nec magna
ſpe ſū inquit Cicero. Sꝫ notandū hoc loco diligēter q̄ hec
duo uerba ſpero et cōfido uſurpant͛ frequētiſſime a doctis
uiris: ꝓ credo: et ideo capiunt͛ nō ſolū ꝓ tp̄e fut͛o: ſꝫ ætiam
ꝓ p̄terito et p̄ſenti. Pro futuro ut ſpero ita fore : et confi
do ita fore. Pro p̄terito. ut forti ut ſpero animo mortem
tulit: et facile ut cōfido eum laborē tollerauit. Pro p̄ſenti
ut ſcribo rem ut ſpero non inutilem neq̧ īdignā: et laboro
in re ut confido nō īutili.
Commiſſurum quid proprie ſignificat : Committere aliq̄ndo
eſt iniungere aliquid faciendum : et quaſi commendare : ut
commiſi tibi hoc negotium : hoc eſt mandaui : et commiſi
tibi ut ad me uenires. Aliquādo committere p̄cædēte nega
tione et ſequente. ut uel quamobrem : ſignificat ꝑmittere

et ſemper cadit̃ i malam ꝑtem . ut nõ committam ut ali
quis me laceret. Cicero nõ committas : ut cũ omnia tibi
a nobis ſuppeditata fuerit tu tibi defuiſſe uideare . Idẽ ali
bi . Nihil tibi eſſe cõmittendũ cõſiderare debes : q̃obrem
eoꝝ quos laudas te nõ ſimilium præbeas .
Vt: quid ꝓprie ſignificat : ut aliq̃ndo eſt cõiunctio cauſalis
quẽadmodum ſi dicamꝰ: cõparo mihi diuicias. ut alere fami
liã poſſim . hoc eſt ꝓpter hãc cauſam. et ad hunc finẽ com
paro diuicias . ut poſſim alere familiã . Aliquãdo nullã talẽ
uim habet . ſꝫ ponit̃ dũtaxat elegantiæ cã. ut Cicero. Inui
tus feci . ut . L . Flaminiũ de Senatu eiicerẽ . nihil. n. aliud
ſignificat hæc oratio inuitus feci . ut eiicerẽ . niſi inuitus
eieci . Et Quintilianus quis credat me feciſſe: ut ſtipẽ filio
negarẽ : id ẽ quis credat me negaſſe filio ſtipẽ . Sic hoc loco
Sepero te nõ cõmiſſuꝝ: ut indignus uideare : idẽ eſt ac ſi
diceret̃ ſpero ꝙ nõ uideberis idignus . Vt: nõnunq̃ ſignifi
cat poſtq̃. ut apd Virgi. ut uidi : id ẽ poſtq̃ uidi uel q̃ pri
mũ uidi . Nõnunq̃ : quomõ . ut apd eundẽ: ut uidi: ut ꝑii:
Id eſt poſtq̃ uidi quomõ perii : Vnde amicos ſiue hoſpites
iterrogamus . ut uales. hoc ẽ quõ uales: Aliquando etiã ſig
nificat ſicut . ut ego loquor ut rex . id ẽ loquor ſicut rex lo
quit̃ . Aliquãdo uelut . ut loquor ut rex . id eſt perindeacſi
eſſem rex . aliquãdo ita . ut ſi dicã quotidie ad me hoſpites
ueniũt . ut incipiã iã ſtomachari tantã frequẽtiã. hoc ẽ ita
ut incipiã ſtomachari : uel ꝓpter qd : uel quapropter inci
pio ſtomachari . Aliquãdo ſignificat ꝙ . ut nõ eſt opus ut
fugias id ẽ ꝙ fugias . Hic notandũ ꝙ uelut : ueluti et tan
q̃: differũt a ſicut ſicuti et uti : ꝙ illa imaginẽ ſignificant :
hæc ſimilitudinẽ . unde illa reſoluũtur ꝑ ſubſtantiuũ : hec ꝑ
idẽ uerbum . Nã ſi dico tu incedis uelut rex : uel tanq̃ rex
reſoluit̃ tanq̃ ſi eẽs rex uel q̃ſi eſſes rex . Si uero dico . Tu
loquaris ſicut rex et uti rex : exponit̃ : ſicut rex loquitur uel
uti rex loquitur .

Clariſſimus quid proprie ſignificat? Clarus: pclarus: ſplēdi
dus: luculētus: et ſimilia improprie et p methaphoram
dicunt᷑: p eo qui tanq̄ fulgore quodā glorie reſplendeat.
Clarus poeta: ſplendidus eques: pclarus Orator: luculētus
homo: id eſt celeber et magni noīs ac gloriæ. Preclar⁹ ta
men aliquādo pro bonus a Cicerone accipit᷑: et luculentus
pro magnus. In Philipicis. Luculentum uulnus accipit:
hoc eſt magnū. Et alibi. O præclarum cuſtodem ouium
ut aiūt lupū. præclarū. id eſt bonū: In cuſtode. n. bonitas
potius q̄ fama requirit᷑. Et in Lælio: Cū illo uero quis
neget actū eē pclare hoc ē optie: qđ ipē paulo poſt decla
rat: cū īquit Cū illo quidē ut ſupra dixi actū optime ē. No
bilis aūt et clarus in hoc differūt: ꝙ clarus ſp capit᷑ ī bonā
ptē: Nobilis uero aliqn̄do ætiā in malā. et a noſco dicit᷑
quaſi notus: unde et nobilis mæretrix dicit᷑ et nobile ſcor
tū: et nobilis iniuria. quomō ætiā famoſ⁹ accipit᷑: aliquādo
ſcilicet in bonā ptē: ut apđ Iuuenalē. Famoſos equitū cū
dictatore magiſtros: aliquādo in malā p infami et turpi
ut famoſa mulier et īpudica. Glorioſus ætiā aliqn̄do ſig
nificat plenū glorie. ut glorioſa mors: glorioſa uictoria.
aliquādo oſtētatorē glorie. ut apđ Plautū et Teren. mi
les glorioſus dicit᷑. Itē impioſus: qui forti aīo exercet. im
periū: et qui ē oſtentator impii. Unde Torq̄tus dictus ē
īperioſus: ꝙ filiū ob impiū cōtemptū occidit. Hoc loco
notandū: ꝙ a uirtute non dicit᷑ uirtuoſ⁹: quo uerbo impiti
utunt᷑: queadmodū ætiā græci απο την αρετην non fa
ciunt adiectiuū: ſ; cū uirtutæ prædituꝫ dicere uolūt: dicūt
σπουδαιον: hoc ē ſtudioſū: quos Cicero imitat᷑ multis
in locis. ut in libris ad Herenniū. Ideoq; bonis uiris: et
ſtudioſis amicus erat: id eſt uirtute præditis:
Uideare cur potius dixiſti q̄ uidearis? Animaduertendū
eſt ꝙ non modo in epiſtolis et ſoluta oratione ſed ætiam

in carmine ubi maioꝛ licentia eſt: conari debēt ſcriptores
quantum fieri poteſt: euitare frequētiam littere.s. Nam
in oratione quidē.r. littera ſonoritatē quādam et pulchri
tudinē affert: ut ſi dicam. fundatorē Romani impii Cæſa
rem: et apud Virgiliū. Tante molis erat Romanā con
dere gentē. Vnde graui anīo ferebat Demoſthenes orator
q.r. litterā ꝓferre natæ uicio nō poſſet: Cū uero īduſtria
et exercitatione naturā ſupaſſet læt⁹ exclamauit ΕΙΚΩΣ ΟΙ
ΦΕΡΟΝ ΤΟ. Ρ. ΚΑΤΑΡΟΡ ΡΕΥΝΕΝΟΝ : quod latinæ dicit̃.
En tibi effero .r. rerorizatū. Ecōtratio uero.s. littera deho
neſtate ſi frequēs ſit, orationē uidet̃. Nā ſi humili et ſū
miſſa uoce ꝓferat̃ : ſybilū generat: quē ut euitaret. Virgi
lius dixit immitis Achilli: pro immitis Achillis. Sic hoc
loco: ſi diceret̃ optimis ac clariſſimis uiris indignus eē ui
dearis nimia eēt huius litteræ īculcatio: ideo uideare poti⁹
dicendū fuit. Sepenūero tamē contingit ut ætiā nulla cau
ſa intercedēte doceare potius ꝙ̄ docearis: et intelligare po
tius ꝙ̄ intelligaris dicat̃. In qua re ſtandū eſt ſoli auriū
iuditio quēadmodū a principio diximus.

Vomō latinæ dicemus et elegāter: Qui hora mai
laire e ſano. Gia tre meſi nō glie e morto niuno de
peſte. Quaſi tutti li citadini ſōno tornati a lacita. ſolo Ma
rio el q̄le io amo depo te e ancora a falera. Ma pure nui
lo aſpettamo domane o laltro. Coſi me auiſo hoggi e tri
di el ſuo maeſtro: hauendo mandato in quello di li ſoi cag
noli e le ſue beſtiolette e caſa. Ma queſto nō aptene a te:
Hic iam aer ſaluberrimus eſt. Nemo iam tribus mēſibus
peſtilētia periit: ciues fere omnes in urbem redierūt. Dum
taxat Mari⁹ quē ego ſecundū te diligo adhuc ꝓhalerios in
colit. eū cras aut perendie exſpectamus. Ita mihi nūdi⁹ ter
tius pedagogus eius nunciauit: quū eo die catulos eius et
pullos domū miſiſſet. Sed hoc nihil ad te.

Hic: id eſt in hac urbe: ſignificat. n. hic queadmodũ ſupra cũ de grãmatice tractaremus: diximus locum ꝓximum di centi: Iſtic locum ꝓximũ audienti. Et illic locũ remotũ ab utroq;. Unde ſi uolumus dicere. Qui laire e bono: di cem⁹ Hic uel ĩ hac urbe ſalubre ẽ cælũ. Li ſonno piaceue liſſimi prati. Iſtic uel inſuburbano iſto ſunt amoeniſſima prata. De faleriis uero ubi Marius eſt loquentes. Coli e ſempre gran copia de ucelli e de beſtie. Illic ſiue in illo oppido magna ſemper multitudo ẽ auiũ atq; feraꝝ. In hoc plurimi noſtræ ætatis ſcriptores errãt pro iſte: iſta: iſtud: uel iſtic: ſcribentes ille: illa: illud: uel illic. Miſi ad illam ciuitatẽ dicentes ꝓ miſi ad iſtam urbem. Urbs. n. locum ſignificat. Ciuitas mlutitudinem ciuium.

Iam ꝓprie ſignificat: Aliquãdo nunc primũ et quod uernacula lingua dicimus. Ormai. ut hic ſaluberrimus eſt aer. Aliqñdo accipit̃ ꝓ tunc. Cicero: ipa uerba cõponet et quaſi coagmẽta: quod ne Græci quidẽ factitauerũt: iã neminẽ antepones Catoni. Aliquãdo ſignificat præterea. Cicero: iam quis parentis tui ſingularem erga me beniuo lentiã explicet: quod idem efficit iunctum cum uero: ut iã uero urbibus conſtitutis. Iamiam de futuro tantũ dicit̃: id ẽ mox et licet reperiant̃ cũ ꝑſenti. ut iamiãq; manu te net et ꝑmit haſta: reſoluit̃ tamẽ ad futuꝝ: id eſt iamiã te nebit et ꝑmet. Aliqñdo per indignatõez dicit̃. ut apõ Uirgiliũ. Iamiã nec maxima Iuno: nec Saturnius hæc ocu lis pater aſpicit æquis. Itẽ p cõmiſerationem. Saluſtius Iamiam animo meo cariſſime frater: quãq̃ tibi ĩmaturo: et unde minime decuit: uita erapta eſt: tamẽ lætandũ ma gis q̃ dolendũ puto. Itẽ p exhortationẽ. ut Liuius: Iamiã exigere animo: tela ſumite obuiam ite hoſtib⁹: habetis in manibus uictoriam.

Quæ differentia eſt inter ſalubrem et ſanũ: Saluber ſiue

ſalubris dicit̃ : qđ ſaluti cõducit. ut aer : cibus : potus : exer
citatio : et ſimilia. Sanus uero cui. ſalus ineſt. ut homo et
animalia. Salubre eſt : qđ dat. Sanũ quod accipit ſalutẽ :
quemadmodũ differũt proſper et foelix. quia ꝓſper dicit̃
qui dat ꝓſperitatem : foelix. qui accipit. ut ſydus ꝓſperum
dicit̃. ſub quo natus ẽ. qui foelix ſignificat̃ futurus. Foelix
igitur homo dicitur : dii autem potius proſperi : ſimiliter
loca actiones : ſucceſſus proſperos dicimus. Aliquando ta
men cõfundunt̃. ut Suetonius proſperam Cæſaris ualitu
dinẽ dicit. Et Virgilius ſis foelix noſtrũq; leues quacũq;
laborem. Sic etiã dicimus interdũ ſanum cibum : ſanũ po
tum. Et Saluſtius dicit. Genus hominũ ſalubri corpore
In epiſtolis tamen ſeruanda in primis eſt uerboꝝ ꝓprietas
Notandum autem ꝙ capit̃ aliquãdo coelum ꝓ aere. unde
dicere poſſumus. hic iam aer ſaluberrim⁹. hic ſaluberrimum
eſt coelum : hic eſt coeli ſiue aeris ſalubritas. Coelum eſt
dementius ſolito. et ſimilia.
Nemo iam tribus menſibus peſtilẽtia periit. Liceret ne
dicere : nemo iam tres menſes peſtilentia periit : An aliq̃ dif
ferẽtia ſi tempus in ablatiuo : et ſi ĩ accuſatiuo ponat̃. Ine
ruditi dicũt per ablatiuũ ſignficari tẽpus interruptum et
nõ cõtinuat̃. ut ſi dicamus magni eſtus fuerũt hoc anno
cũ nõ toto ãno : ſ; aliqua anni ꝑte fuerint. Per accuſatiuũ
uero ſignificari tempus continuũ ſine ĩterruptione. ut Cice
ro Quanq̃ te Marce fili annũ iam audientẽ Cratippũ. ꝙ
Marcus integꝝ annũ : hoc eſt ſingulis diebus : et ſine inter
miſſiõe Cratippũ audiſſet. Fruſtra excogitata ẽ hæc diffe
rentia cũ falſa ſit. Nã ſi ĩ actõ ſignificaret tẽp⁹ cõtinuũ :
non oportet addere : uel potius nõ liceret addere continuos
At Cicero pro lege Manlia inquit. At Hercule ali
quot annos continuos ante legem Gabiniam ille populus
Romanus : cuius uſq; ad noſtrã memoriã nomẽ inuictum

in naualibus pugnis permãſerat magna ac multo maxima parte nõ modo utilitatis: ſed dignitatis atq; impii caruit Et Virgilius. Hic iam tercentũ totos regnabit̃ annos. Si per accuſatiuũ tempus minime interruptũ ſignificaretur: nõ oportebat addere totos. Dicendũ eſt igit̃ q indiffe renter utimur ablatiuo more latino; et accuſatiuo instar Græcoꝝ: nihilq; differt ſi dicamus audiui Platonẽ decem annis: et decẽ annos audiui Platonẽ. Sed illud fortaſſe uerius præciperet̃: cum de parte: nõ de toto tempore loqui mur nõ licere per accuſatiuum loqui: ſed per ablatiuũ q̃le eſt ego hoc anno ad teueniã: id eſt aliquo tempore iſtius anni: quod nõ recte diceres hũc annum. Illud præterea notandum: q dicimus proximis diebus ueni in Africam Et Cicero qui his paucis diebus pontifex factus eſt. et in futuro paucis diebus erã domeſticos tabellarios miſſurus. et triduo aut ad ſũmum quatriduo peritu. Et Saluſti⁹ legati triduo nauim cõſcendere. Hæc oĩa nõ per ſupiores dies et per triduũ: et ꝑ paucos dies exponenda ſunt: ſed in tra ſuperiores dies: intra paucos dies: ĩtra triduũ aut qua driduũ. Illud quoq; animaduertendũ: q aliq̃ndo ĩ hoc ge nere ſermonis omittimus poſt uel ante. ut triduo q̃ ad te ueni cõfeci oẽ negotiũ et decẽ diebus q̃ ad te uenirem accæ perã a Ceſare litteras: hoc ẽ decẽ dieb⁹ ãteq̃ ad te uenirẽ. In urbẽ redierunt; hoc eſt reuerſi ſunt. Poſſumus ætiam elegantiſſime dicere reuerterũt.

Secundũ te qđ ꝓprie ſignificat: Poſt te. Secundũ enĩ multa ſignificat. Primo habet notiſſimũ illũ ſenſũ. ut ſe cundũ Platonẽ loquor: ſecundũ Pythagorã diſputo. Ali q̃ndo ſignificat iuxta. Virgilius. Dulcibus illa quidẽ illece bris et plena ſecundũ flumina. Sulpiti⁹: duo uulnera accæ piſſe vnũ in ſtomacho: alteꝝ in capite ſecundũ aurem. Se cundũ aurem et ſecundũ flumina: id ẽ iuxta aurẽ et iuxta

flumina: quod ea ratione fit quia quod ſecūdum ā primo
eſt :iuxta eſt. Aliq̄ndo ſignificat poſt : ob eandē rationem
ut. hoc loco ſecūdum te : id eſt poſt te. Quintilianus. Nā
q̄d unum mihi ſecūdum patrē fortuna uidebatᷣ paraſſe p̄ſi
diū: id ego ſeparare in illa ſorte nō poterā. Cicero ꝓxime
aūt ſecundū deos: homines maxime utiles eē. Secundum
ætiā accipitᷣ ꝓ eo q̄d eſt pro. ut ſecundū te litē do. ſecun
dū me iudica. id eſt do litē ꝓ te. et tu iudica ꝓ me. Et
ꝓ in. ut ſecūdū quietē. idē interdormiendum. Cice. ſecun
dū quietem uiſus eſt repente adeſſe: id eſt inquiete.
Incolit: id ē habitat: et de exteris dūtaxat dicitᷣ. Hinc di
cuntᷣ inquilini et incole. Sūt aūt incole et inquilini qui ī ali
eno habitāt oppido. Oppidani uero qui habitāt in ſuo.
Cum cras aut perendie expectamꝰ: quid ſignificat perēdie:
Id q̄d uulgares dicūt poſt cras. Dicitᷣ. n. perēdie de die
ſequēti craſtinū diē: dictūq; eſt: ut quidam putāt quaſi per
empto die uno. Cicero ad Atticū: Facies igitᷣ cras: aut ad
ſummū perēdie. Hinc dicitᷣ dies pendinus: hoc ē dies ab
hinc tercius. Ceſar in cōmentariis. Quod ſi per te liceat
perendino die cū ꝓximis Hibernis coniūcti cōmunē cum
reliquis belli caſum ſuſtineant. Unde comperendinare apud
aliquos reperitᷣ: id eſt in lōgū de die ī diē differre. Pridie
uero et poſtridie quaſi idē ſignificāt q̄d heri et cras. . dic
tūq; eſt pridie quaſi priori die. et poſtridie q̄ſi poſteriori
die. Sed notandū q̄ magnā elegantiā habēt hæc duo vo
cabula. Pridie. n. nō ſignificat heri a die p̄ſenti: neq; poſt
ridie ſignificat cras a die p̄ſenti: ſed ab altero quodā die
Unde pridie dicitᷣ non ſolum de tp̄e p̄terito: ſed ætiam de
futuro: et poſtridie non ſolum de futuro: ſed ætiā de p̄teri
to: hoc eſt vtrunq; dicitᷣ tam de p̄terito q̄ de futuro. De
præterito ſic: Pridie q̄ Cæſar urbē intraret ꝓfæcti ſūt ei
obuiā patres. De futuro ſic. Pridie q̄ iter ingrediamur

petamus a Cæſare cōmeatum . id eſt die p̄cedenti quo Cæ
ſar urbem intrauit ; et nos iter ingredimur . Itē poſtridie
de præterito ſic. Poſtridie ꝙ Cæſar urbem intrauit ;omēs
legati diſceſſerunt. Et de futuro . Poſtridie quam Cæſar
diſceſſerit ; mihi quoq; erit abeundū . Iunguntᷣ hec aduer
bia aliquando cū genitiuo.ut pridie eius diei: et poſtridie
eius diei ; aliq̄ñdo nec ꝙ habent: nec genitiuū ; ſ; intelligitᷣ
genitiuus uel ꝙ . ut uenit ad me Cremes poſtridie clami
tans ; hoc eſt poſtridie eius diei quo hec geſta ſuut : uel
poſtridie ꝙ hæc geſta ſunt . Et cū domū tuā ueniſſē:ut te
conuenirē; Audiui te pridie diſceſſiſſe:id ē pridie eius diei
quo ad te ueni:uel pridie ꝙ ad te ueni . Dicimus tamē pri
die kalēdas: et pridie nonas ; pridie ludoꝝ Circenſiū ; et
poſtridie Nunidaꝝ. Eſſendo io andato a caſa ꝑ parlar gie
me diſſe torna domane da me . Cū domū ut eū conuenirem
iuiſſem ;dixit mihi poſtridie redeas: Male dicitᷣ. debet enī
dici cras redeas nunꝙ .n. dicimus poſtridie uel pridie huius
diei ſed cras uel heri ; ſicut cras et heri nō dicimus de die
bus iam p̄teritis aut futuris ante uel poſt ꝓximū . Dicen
dū itaq; fuit ; dixit mihi cras redeas . uel mihi ut poſtridie
redirē dixit ; et nō ut cras redirē dixit : itelligeretᷣ .n . cras
de die hunc quo loquor ſequenti et nō de craſtino illius diei
quo domū iui . Ex pridie fit denominatiuū nomē pridianꝰ
pridiana .nū.quod dicitᷣ nō mō de die precedēti hodiernū ;
ſed de quolibet die aliquem diem p̄cædenti ; in quo ſignifi
cato accipitᷣ ætiā heſternus heſterna.nū . Terentius. Iure
heſterno panem atrū uorēt ; nō de heſterno die dixit : ſed
de quouis die alteꝝ precedente . Suetonius i uita Tiberii
Solemnibus ip̄e cenis et prandiis ſæpe et ſemeſa obſonia
appoſuit. Idē in uita Caii . Marcente iam ſtomacho pridi
ani cibi onere. Iuriſconſulti noſtri t̄pis multū a ueteribus
illis differentes exponunt. poſtridie poſt tertium diem et

pridie pro eo quod eſt nup ſiue proximis diebus. Atque huius tam inſignis erroris multos ſeqces habẽt cuius erroris auctor fuiſſe uidet᷑ cõterraneus noſter et fere ex marte Gentilis Bartholus. Atqui poſtridie nõ format denoīatiuum poſtridian⁹: ſicut pridie pridianus. Sed p poſtridia no utimur hoc uocabulo craſtinus craſtina craſtnum: quod ſignificat non modo diem ſequentem hodiernũ: ſed ætiam quemlibet aliũ diẽ ſequentẽ. Virgilius. Si uero ad ſolem rapidũ lunaſq; ſequẽtes: ordine reſpicies: nunq̃ te craſtina fallet hora: neq; inſidiis noctis capiere ſerene.

Nudius tertius quid pprie ſignificat: Nudius terti⁹ dicit᷑ de die antecædente diẽ heſternũ: ſicut nudius quartus de die antecædẽte diem tertiũ. ut ſi hodie kalẽdæ ſint: et dicam nudius tertius ad te ueni: intelligit᷑ tertio kl. Et ſi nudius quarttus: qnarto kalendas.

Cur ita dicunt᷑ nudius tercius et nudius q̃rtus: dicta ſũt q̃ſi nũc dedie tertio et nunc de die q̃rto. Procedimus ne amplius et dicimus nudius quintus nudius ſextus et reliq̃: Minime licet Plautus p licentiã his aliquãdo us⁹ fuerit Nam qđ in philippicis legit᷑: nudius et tertiuſdecim⁹ error eſt. Dicimus itaq; nudius tertius et nudius quartus tantũ: ſicut biduo triduo quadriduo tantum: et binoctio: trinoctio: quadrinoctio tantum.

Cur non dicimus et nudius ſecundus quemadmodũ terti⁹ et quartus: Sicut dicimus biduo triduo q̃driduo: binoctio trinoctio q̃drinoctio: Quia pro nudius ſecũdus habemus heri: ideo nec ſecũdo kalendas dicimus: quia p ſecũdo habemus pridie et dicimus pridie kalendas.

Pedagogus dicit᷑ nõ ludi magiſter: ſed is quẽ domi tenemus ad ſequẽdos atq; erudiũdos pueros noſtros. Eſt aũt græcum uocabulũ dictum απο της παι δαγωγης hoc eſt a puerorum educatione.

Nudius tertius [handwritten margin note, partly illegible]

Nunciare: quid proprie ſignificat? Nunciare eſt uerbis
alicuius abſentis aliquid ſignificare et quod triuiali lingua
dicit᷑ Mandare adire. Verbi gratia Mario te manda ad
ire che preſto ſera qua. Marius nunciat tibi ſe propediē
affuturū: et tā his qui nūtio rem cōmittit ꝙ ipſe nuntius
nūciare dicit᷑: ut ſi Helius Perottus libertus noſter nūtius
a Mario ueniēs dicat: nūtio tibi Pyrrhe uerbis Marii: et
Marius nuntiat tibi uerbis meis. Anūtio nūtias dicit᷑
nuncius: et tā eū qui nunciat ſignificat ꝙ id ꝙ nūciatur.
ut uenit ad me nuntius tuus Helius Perottus libertus no
ſter. Et nō potui nō cōmoueri ob infoelicē nuntiū de obitu
Camille ſororis tuæ: hoc eſt ob infoelix nouum. Seruius
grāmaticus ſcribit pro nouo nuntiū in tertio genere dici
Sed ubi id repererit: ipſe ſi poteſt dicat.
Catuli et pulli qui proprie ſunt? Catuli licet a canibus
dicti eſſe uideant᷑: ſignificāt tamē nō ſolum filios canum:
ſed omniū feraꝝ. Vnde et muriū catulos legimus. Pulli
uero pecudū dicunt᷑. ut pulli equoꝝ: mulorū: aſinorum: et
ſimiliū. et foetus auiū ſiue piſtiū: quanq̄ hoc ultimū gene
ralius nomē ſit. Vnde foetificare accipimꝰ pro parere: et
foeturā pro partu: quæ ad oīa animalia muta ꝑtinēt. Cer
uorū: Caprearū: Capreolorū: damarū: leporūqꝫ et ſimilium
hinulos dicimꝰ. Serpentū catulos. vt Virgilius: de colu
bro. catulos tectis atqꝫ oua relinquens. Dicūt᷑ ætiā catuli
immaniū piſciū qui oua nō ædūt. Reperit᷑ tamen aliq̄ndo
pullos de auibus dici. A. Gellius. pullis iam plumātibus.
Idē pulli ætiā tunc in uolucres erāt. Vnde pulaſtra apud
Varrorē dicit᷑. quæ ē parua adoleſcenſqꝫ gallina. Nomīa
enim in. aſter. diminutiua ſunt ſæpenūero. ut ſurdaſter: qui
male audit: nō tamē omnino ſurdus ē: et recaluaſter: qui
nō toto capite: ſed ſola fronte caluuſ eſt.
Nihil ad te quid proprie ſignificat? Aliquando intelligit᷑

ꝑtinet: ſicut hoc loco: et ſignificat nihil ad te ꝑtinet. Ali quādo ſignificat nihil eſt in cōparatione tui: et qd̄ uerna cula lingua dicimus. Non ha a fare niente cō teco. Vt ſi dicam. Quintiliano eloquente: ma nō ha fare niente con Tullio. Quintilianus eſt eloquēs: ſed nihil ad Ciceronē. Helia Perotta ebella: ma nō ha a fare niente cō Penelope Perotta Helia Perotta ē pulchra: ſ; nihil ad Penelopē Per ottā. Cicero. Lucrū uolo quē cognouimus uirū bonū: et nō illiteratū: ſ; nihil ad Perſiū: id eſt nihil in coṗatione Perſii. Terentius: Eſt ne Thais vt fert̄ forma: Sane. ſed nihil ad noſtrā hāc: hoc eſt nihil fere ad cōpatione noſtræ

Vomō latine dicemus. Attendi a ſtare ſano et a pa rechiare a tornare. o beato e iocundo quel di nel q̄le re te poremo abraciare e baſiare. Cura ut ualeas: teq; ad re ditum para. O foelicem illū et uere iocundum diē. quo te amplecti oſculariq; poterimus. Vale.

Cura ut ualeas. hoc ē da operā ut ualeas. Interdū dicimus Cura valitudinē tuā. Dicimus ætiā Curæ tibi ſit valitudo tua: et curā habeas ualitudinis tuæ Curare aūt a cura dici tur: ꝙ ea quæ curamus cū quadā animi ſolicitudine agere uideamur. eſt enī cura animi ſolicitudo: dicta quaſi corura ꝙ ſcilicet cor urat. Ponit̄ tamē cura ꝓ ſtudio et diligentia. ut ſtudiis litterarum omni cura atq; induſtria incumbo. O foelicem illū et uere iocundū diem. cur potius in accu ſatiuo dicimus: q̃ in uocatiuo: cū. o. aduerbio ſemꝑ ſoleat iungi uocatiuus: multis modis ſolemus ponere. o. aduer biū. Aliquādo cū nomīatiuo. Virgil. O fortunati quorum iam moenia ſurgūt. Aliquādo cū accuſatiuo. ut o fortuna tos nimiū ſua ſi bona norit Agricolas. Iungimus ætiā. o cū prima et ſecunda ꝑſona. ut o me miſeꝝ: o te infoelicem. Aliq̄ndo cū nomīatiuo. ut o ego infoelix qui alioꝝ culpa huc redactus ſū. Aliq̄ndo. o. ꝑtermittit̄: et tamē ſermo eādē

uim habet. ut indignum facinus: p eo q̄ eſt: o indignū facin⁹. Et Cicero: hominē neq̄: p o hominē nequā. Et notādum q̄ nō eſt aduerbium uocandi in his locis: ſed uel miſerandi uel indignandi.
Oſculari ab oſculo dicit̄: oſculū aūt interdū ſignificat paruum os. eſt.n. diminutiuū hui⁹ nominis os oris. Interdū ſignificat quod baſium dicimus: eo q̄ baſiātes reſtringunt̄ labia et diminuit̄. Hoc autem inter oſculum et baſium intereſt quod oſculum pii amoris eſt: et charitatis ſine aliqua cogitatione libidinis. ut patris iu filiū: et filii ī parentes. Baſiū uero laſciuū ē: et inter amātes. Eadē quoq3 differētia ē iter baſiare et oſculari. Quanq̄ oſculari et oſculum aliquādo ætiā ilaſciuiā accipiant̄. Suauiare ætiā et diſſuauiare ſignificāt oſculari: et in utrāq3 ptem accipit̄. et ſuauiū dicit̄ baſiū: aſuauitate ut opinor dictū et ideo magis pprie in laſciuā ptem accipiendū ē. Plautus meū ſuauiolum dixit. Meum ſuauiolum: mea ſuauitas.
Homō latine dicemus: Data i Viterbo a di uitenoue de octobre mille quadrocento ſeſſantaocto. Viterbii quarto kalendas nouēbris anno ſalutis Milleſimo q̄drin genteſimo ſexageſimooctauo.
Cur potius Viterbii q̄ Viterbio ſcribendum eſt: Vtroq3 mō ſcribe poteſt recte. Et pponit̄ aliqn̄do hoc uerbū Date Subintelligitq3 litteræ. Quod ſi datæ nō ponat̄: nihil ominus intelligit̄ id uerbū. Itaq3 litteræ tradunt̄ tabellario in urbe: Brundusii: in caſtris: in littore: apud Epheſū in Tuſculano. Et ſicut dicere poſſumus accæpi litteras: q̄s Rome ſiue in Vrbe liberto meo dediſti: Ita poſſumus in calce litteraꝝ ſcribere Romæ: hoc ē datæ ſunt litteræ Romæ. in urbe. in caſtris: et reliqua. Sic ætiā queādmodum dicere poſſum⁹: Accæpi littæras quas liberto noſtro Rome ex urbe: ſiue: ex caſtris: ſiue Brunduſio dediſti:

PERORATIO.

Eo ſatis ſuperqꝫ euagata eſt oratio noſtra. Tēpus eſt: ut receptui canamus. Habes Pyrrhe fili: quē maxime omnium et quomodo imitari debeas: habent tua quoqꝫ cauſa præcæptores: quam in erudiendis pueris atqꝫ adoleſcentibus uiam tenere: quomodo eos docere: quo nō examinare: et quæ meliora ſunt ī primis tradere debeāt. Supereſt ut conſilium meū toto animo ſequaris: et quantum fieri poteſt: nitaris ad optima. Quod ſi ut: ſpero: fæceris non dubito te breui tempore ſuperis iuuantibus in ſummum uirum euaſurum. Vale.

IHESVS.

Præſens huius grammaticæ opus magnum præclarumqꝫ Dertuſie Impreſſum per Magiſtrum petrum Brun Gebennis genitum Et Nicolaum ſpindeler de Czuichau germanum Anno Chriſtiane ſalutis. M. CCCC. LXXVIII. Die vero xvi menſis Junii finem perfectum feliciter ſumſit.

DEO. GRATIAS.

[illegible] quo venit psona agens et p[illegible] verbu[illegible]

z ages venit [illegible] e. ex° [illegible] mo ati. tu amas am[illegible].

[illegible] no atie [illegible] venit p ages ~~z paces~~ z verbu. ex° p[illegible]lco

[illegible] s hob[illegible] [illegible]lcent

[illegible] ato v[illegible] e qu[illegible] [illegible]enit [illegible] ages paces z verbu z agens venit

[illegible] [illegible] lse lee la leao. [illegible] jeamala pio. [illegible]

[illegible] te [illegible] z sie dz myss[illegible].

[illegible] nosuffi[illegible] [illegible] qu venit [illegible] z verbu. ex° [illegible] ama[illegible]

[illegible] amor. tu [illegible]

[illegible] verb[illegible] [illegible] ve[illegible] [illegible] z verbu z ages venit [illegible]

[illegible] [illegible] te [illegible] na. [illegible] se lee, de[illegible]

[illegible] ve auditur

[illegible] venit vbu solu. ex° ama. eus[illegible]na.

[illegible] sunt, [illegible] egi [illegible]

INSTITUT
D'ESTUDIS CATALANS
BIBLIOTECA
Núm. 1135
Armari 11
Prestatge VII-14

BIBLIOTECA DE CATALUNYA
1001902388